O
H
IVXT
Sub V
Ad fide
adiun
nibus
dicu
Reu.
Et in fi
Superi
VENET

Hebdomadæ Sanctæ

IVXTA FORMAM MISSALIS, & Breuiarij Romani

Sub VRBANO VIII. correcti.

Ad fidelium deuotionem excitandam adiunctis Italico Sermone Declarationibus multarum rerum, quę fiunt, & dicuntur in eorum recitatione;

Reu. D. Alexandro Calamato Messanensi Auctore.

Et in fine Psalmis Pœnitentialibus, & Orationibus.

Superiorum Permissu, & Priuilegio.

VENETIIS, APVD IVNTAS

M. DC. XLVIII.

DOMINICA
IN PALMIS.

DICHIARATIONE.

PErche in questa Settimana si trattano li principali Misterij della nostra Redentione, perciò viene da Santa Chiesa con tre nomi chiamata, cioè. Maggiore, si perche in essa li diuini Vffici sono maggiori, come ancora perche gran cose vi occorsero.

Di Passione, perche il Saluator del Mondo patì per noi pur troppo graui, & acerbe pene.

Santa, perche in essa gl'empij sono giustificati, e'l tutto per la passione, & morte di Christo nostro Redentore.

Vien detta poi Domenica delle Palme, e dell'Vliuo, perche in tal giorno nella processione si portano le palme, e l'vliue, per rappresentare l'ossequio, e l'honore, col quale il benedetto Christo fù riceuuto dalle turbe, all'hora che

entrando nella Città di Gierusalem, l'andarono incontro con rami di palme e d'uliuo.

Cōpleta Tertia, & facta aspersione aquæ more solito. Sacerdos indutus pluuiali violaceo, vel sine casula, cum ministris similiter indutis, procedit ad benedicendum ramos palmarum, & oliuarum, siue aliarum arborum, in medio ante Altare, vel ad cornu Epistolæ positos. Et primò cantatur à Choro Antiphona.

Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini. O Rex Israel: Hosanna in excelsis.

L*E turbe, che precedeuano, e seguiuano al benedetto Christo, che sedendo sopra vn vil Giumento se n'entraua in Gierusalem, quasi che fossero presaghe di quello, che andasse ad operare, cioè la di loro, e nostra redentione, ad alta voce diceuano.* Hosanna filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini. *cioè, saluaci, ti preghiamo ò figlio di Dauid.*

Erano ancora queste parole di giubilo, e di allegrezza, solita mostrarsi da gli Hebrei, qual hora con rami d'alberi andauano incontro a' loro Rè, che trionfanti entrauano nella Città. In quella guisa, che sogliamo noi al nuouo Rè (pregan-

gandoli dal Cielo felice ogni successo) esclamare. Viua il Rè : le turbe dunque dicendo, Hosanna filio Dauid, *non altro intendono, se non pregare Dio, che il nuouo Rè, cioè Christo gran tempo fà desiderato, lo conserui, e prosperi.*

Deinde Sacerdos stans in cornu Epistolæ, non vertens se ad populum, dicit in tono Orationis Missæ ferialis.

Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DEus, quem diligere, & amare iustitia est: ineffabilis gratiæ tuæ in nobis dona multiplica, & qui fecisti nos in morte Filij tui sperare, quæ credimus: fac nos eodem resurgente peruenire quò tẽdimus. Qui tecum viuit, & regnat, &c.

Posteà Subdiaconus in loco solito cantat sequentem Lectionem in tono Epistolæ, & in fine osculatur manum Sacerdotis.

DIstribuendosi hoggi da santa Chiesa li rami delle Palme, e dell'Vliuo, meritamente si pone da lei in questo luogo l'infrascritta Lettione, facendosi in essa particolar mentione dalle settanta palme, e della manna,

che mandò giù dal Cielo Iddio al suo popolo, la quale altro non figuraua, che il Santissimo Sacramento dell'Altare da Christo apponto in tali giorni instituito per pegno del suiscerato suo amore verso di noi: perche si come gli Hebrei dalla Manna riceueano la vita, così da questo noi non solo riceuiamo vita, ma vita eterna.

Lectio libri Exodi. Cap. 15 & 16.

IN diebus illis: Venerunt filij Israel in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ: & castrametati sunt iuxta aquas. Profectique sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim, & Sinai; quintodecimo die mensis secundi, postquàm egressi sunt de terra Ægypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen, & Aaron in solitudine. Dixeruntque filij Israel ad eos: Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate: cur duxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem Dominus

nus ad Moyſen: Ecce, ego pluam vobis panes de cælo: egrediatur populus, & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies: vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea, an non. Die autem ſexto parent quod inferant: & fit duplum quàm colligere ſolebant per ſingulos dies. Dixeruntque Moyſes, & Aaron ad omnes filios Iſrael. Veſperè ſcietis quòd Dominus eduxerit vos de Terra Ægypti: & manè videbitis gloriam Domini.

SI dimoſtra nel ſeguente Graduale l'animo maluaggio de' Ponteſici, e Fariſei contra di Chriſto, e la gran carità di lui nell'andare per noi ad incontrar la morte, per la qual ſiamo da Dio d'infiniti beneficij arrichiti.

Deinde cantatur pro Graduali ℟. Ioan. 11. Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium, & dixerunt: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum: Et venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem.

℣. Vnus autem ex illis, Caiphas nomine, cùm eſſet Pontifex anni illius, pro-

phetauit, dicens: Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum, dicentes. Et venient.

Vel aliud ℟. Matth. 26. In monte Olíueti orauit ad Patrem: Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma: fiat voluntas tua.

℣. Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem.

Interim dùm cantatur ℟. Diaconus ponit librum Euangeliorum ſuper Altare: & Sacerdos, miniſtrante Diacono nauiculam, ponit incenſum in thuribulo. Deinde Diaconus dicit, Munda cor meũ. accipit librum de Altari, petit benedictionem à Sacerdote: poſteà Subdiacono librum tenente, medius inter duos Acolythos tenentes candelabra accenſa, ſignat librum, incenſat, & cantat Euangelium vt infrà, more conſueto: quo finito, Subdiaconus defert librum oſculandum Sacerdoti, qui & incenſatur à Diacono.

Nel

NEl seguente Euangelio descriue S. Matteo l'entrata, chefece hoggi il Saluator con gran trionfo nella Città di Gierusalem, e l'applauso col quale fù riceuuto da quelle turbe, le quali quattro giorni doppo gridarono, Crucifigatur.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum. Cap 21.

IN illo tempore: Cùm appropinquasset Iesus Ierosolymis, & venisset Betphage ad montem Oliueti: tunc misit duos discipulos suos, dicens eis: Ite in castellum, quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi: & si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem: Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum, filium subiugalis. Euntes autem Discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam, & pullum; & imposuerunt

super

ſuper eos veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt. Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via: alij autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via: turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur: clamabant, dicentes: Hoſanna filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini.

Poſt hæc benedicuntur rami.

QVì dal Sacerdote ſi cominciano prima à benedire, e doppo à diſtribuire i rami delle Palme, e dell'vliuo, e ciò da lui ſi fà per cagionar in noi steſsi quel bene, che nella loro beneditione è chiaramente eſpreſſo. Impercoche l'incontro fatto al benedetto Christo dalle turbe con i rami nelle mani, prefiguraua il trionfo, che nel tempo della ſua paſsione riportar douea dal demonio, e dalla morte. Hor perche egli fù trionfante, e per gratia ſua douranno anco tutti gli Eletti trionfare, però, e la beneditione, e la diſtributione de' rami dal Sacerdote, che rappreſenta Chriſto, fatta, dai fedeli riuerita, & honorata eſſer deue.

Sacerdos ſtans in eodem cornu Epiſtolæ, dicit in tono Orationis ferialis.

Domi-

Dominus vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

AVge fidem in te sperantium Deus, & supplicum preces clementer exaudi: veniat super nos multiplex misericordia tua: bene ✠ dicantur & hi palmites palmarum, seu oliuarum: & sicut in figura Ecclesiæ multiplicasti Noe egredientem de arca, & Moysen exeuntem de Ægypto cum filijs Israel: ita nos portantes palmas, & ramos oliuarum, bonis actibus occurramus obuiam Christo: & per ipsum in gaudium introeamus æternum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus.

COl seguente prefatio s'inuita la Chiesa ad imitatione degli Angeli, e di tutte l'altre creature, à lodare, e benedire Iddio, ricordeuoli dell'innumerabili beneficij da lui riceuuti.

Per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Sursum corda.

℟. Habemus ad Dominum.

℣. Gratias agamus Domino Deo nostro.

℟. Di-

℟. Dignum & iustum est. Verè dignum & iustum est, æquum & salutare nos tibi semper, & vbique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui gloriaris in consilio Sanctorum tuorum. Tibi enim seruiunt creaturæ tuæ: quia te solum auctorem & Deum cognoscunt: & omnis factura tua te collaudat, & benedicunt te sancti tui. Quia illud magnum vnigeniti tui nomen coram regibus & potestatibus huius sæculi, libera voce confitentur. Cui assistunt Angeli, & Archangeli, Throni & Dominationes: cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ concinunt, sine fine dicentes.

Et cantatur, Sanctus à Choro, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt cæli & terra gloria tua, Hosanna in excelsis. Benedictus, qui venit in nomine Domini, Hosanna in excelsis.

NElle seguenti Orationi si scuoprono li misterij, & i significati de' rami delle Palme e de l'Vliuo, e l'aiuto, che da quelli speriamo con la diuina gratia.

Sequi-

Sequitur. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

PEtimus, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus: vt hanc creaturam oliuæ, quam ex ligni materia prodire iuſſiſti, quamque columba rediens ad arcam proprio pertulit ore, bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris: vt quicumque ex ea receperint, accipiant ſibi protectionem animæ & corporis: fiatque, Domine, noſtræ ſalutis remedium tuæ gratiæ Sacramentum. Per Dominum noſtrum.

℟. Amen. Oremus.

DEus, qui diſperſa congregas, & congregata conſeruas: qui populis obuiam Ieſu ramos portantibus benedixiſti, bene ✠ dic etiam hos ramos palmæ & oliuæ, quos tui famuli ad honorem nominis tui fideliter ſuſcipiunt: vt in quemcumque locum introducti fuerint, tuam benedictionem habitatores loci illius conſequantur: & omni aduerſitate effugata, dextera tua protegat quos redemit Ieſus Chriſtus Filius tuus Dominus noſter. Qui tecum. &c.

Ore-

Oremus.

DEus, qui miro dispositionis ordine, ex rebus etiam insensibilibus dispensationem nostræ salutis ostendere voluisti: da quæsumus: vt deuota tuorum corda fidelium salubriter intelligant, quid mysticè designet in facto, quòd hodie cælesti lumine afflata, Redemptori obuiam procedens, palmarum atque oliuarum ramos vestigijs eius turba substrauit: Palmarum igitur rami de mortis principe triumphos expectant: Surculi verò oliuarum, spiritualem vnctionem aduenisse quodammodo clamant: Intellexit enim iam tunc illa hominum beata multitudo præfigurari: quia Redemptor noster humanis condolens miserijs, pro totius mundi vita cum mortis principe esset pugnaturus, ac moriendo triumphaturus: Et ideò talia obsequens administrauit, quæ in illo & triumphos victoriæ, & misericordiæ pinguedinem declararent: Quod nos quoque plena fide, & factum & significatum retinentes, te Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus,

per

per eumdem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſuppliciter exoramus : vt in ipſo, atque per ipſum, cuius nos membra fieri voluiſti, de mortis imperio victoriam reportantes, ipſius glorioſæ reſurrectionis participes eſſe mereamur. Qui tecum viuit, & regnat. Oremus.

Deus, qui per oliuæ ramum, pacem terris columbam nunciare iuſſiſti: præſta quæſumus: vt hos oliuæ ceterarumque arborum ramos, cæleſti bene✠dictione ſanctifices: vt cuncto populo tuo proficiant ad ſalutem. Per Chriſtum.

Oremus.

Bene ✠ dic, quæſumus Domine, hos palmarum: ſeu oliuarum ramos: & præſta, vt quod populus tuus in tui venerationem hodierna die corporaliter agit, hoc ſpiritualiter ſumma deuotione perficiat, de hoſte victoriam reportando, & opus miſericordiæ ſummoperè diligendo. Per Dominum.

Hic Celebrans ponit incenſum in thuribulum, deinde ter aſpergit ramos aqua benedicta, dicēdo Antiph. Aſperges me. ſine cantu, & ſine Pſalmo: & ter adolet incen-

incenso. Posteà dicit: Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui filium tuum Iesum Christum Dominum nostrum pro salute nostra in hunc mundum misisti, vt se humiliaret ad nos, & nos reuocaret ad te: cui etiam, dùm Ierusalem veniret, vt adimpleret Scripturas credentium populorum turba fidelissima deuotione vestimenta sua cum ramis palmarum in via sternebant: præsta quæsumus, vt illi fidei viam præparemus, de qua, remoto lapide offensionis, & petra scandali, frondeat apud te opera nostra iustitiæ ramis: vt eius vestigia sequi mereamur. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate.

Completa benedictione, dignior ex Clero accedit ad Altare, & dat ramum benedictum Celebranti, qui non genuflectit, nec osculatur manum dantis. Posteà Celebrans stans ante Altare versus ad populum, distribuit ramos; primùm digniori, à quo ipse accepit, deinde Diacono & Subdiacono paratis; & alijs clericis singulatim per ordinem, vltimò

mò laicis: omnibus genuflectentibus, & ramum ac manum Celebrantis osculantibus, exceptis Prælatis, si adsint. Et cùm incæperit distribuere, à Choro cantantur sequentes Antiphonæ.

Pueri Hebræorum portantes ramos oliuarum obuiauerunt Domino, clamantes, & dicentes: Hosanna in excelsis.

Alia Antiphona. Pueri Hebræorum vestimenta prosternebant in via, & clamabant dicentes: Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini.

Quæ si non sufficiant, repetatur quousque ramorum distributio finiatur. Deinde Sacerdos dicit.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Dominum nostrum Iesum Christum super pullum asinæ sedere fecisti, & turbas populorum vestimenta, vel ramos arborum in via sternere, & hosanna decantare in laudem ipsius docuisti: da quæsumus: vt illorum innocentiam

imitari possimus, & eorum meritum cō-
sequi mereamur. Per eumdem Christum
Dominum nostrum. ℟. Amen.

Posteà fit processio. Et primò Cele-
brans imponit incensum in thuribulum:
& Diaconus vertens se ad populum dicit.
Procedamus in pace.

Et Chorus respondet. In nomine Chri-
sti, Amen.

Præcedit thuriferarius cum thuribulo
fumigante: deinde Subdiaconus para-
tus, deferens Crucem, medius inter duos
Acolythos cum candelabris accensis: se-
quitur Clerus per ordinem, vltimò Ce-
lebrans cum Diacono à sinistris, omnes
cum ramis in manibus, & cantantur se-
quentes Antiphonæ, vel omnes, vel ali-
quæ, quousque durat processio.

FA santa Chiesa questa solenne processione, nella quale si portano nelle mani i rami delle palme, e dell'vliuo per rappresentare la maniera con la quale fù introdotto Christo dalle turbe dentro la Città; e si cantano le seguenti Antifone, acciò impariamo dall'essempio del Signore, à non insuperbirci nelli nostri honori,

nori, vedendo, ch'egli quanto maggiormente era dalla plebe honorato, non per questo s'insuperbiua, ma viè più s'abbassaua, & humiliaua.

Antiphona. Matth. 21. Cùm appropinquaret Dominus Ierosolymã misit duos ex discipulis suis, dicens: Ite in castellum, quod contra vos est: & inuenietis pullum asinæ alligatum, super quem nullus hominum sedit: soluite, & adducite mihi. Si quis vos interrogauerit, dicite: opus Domino est. Soluentes adduxerunt ad Iesum: & imposuerunt illi vestimenta sua, & sedit super eum: alij expandebat vestimenta sua in via: alij ramos de arboribus sternebant: & qui sequebantur, clamabant: Hosanna, benedictus, qui venit in nomine Domini: benedictum regnum patris nostri Dauid: Hosanna in excelsis: miserere nobis fili Dauid.

Alia Antiphona. Cùm audisset populus, quia Iesus venit Ierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & exierunt ei obuiàm, & clamabant pueri, dicentes: Hic est, qui venturus est in salutem populi. Hic est salus nostra, & redẽptio Is-

rael. Quantus eſt iſte, cui Throni & Dominationes occurrunt? Noli timere filia Sion: ecce Rex tuus venit tibi, ſedens ſuper pullum aſinæ: ſicut ſcriptum eſt. Salue Rex fabricator mundi, qui veniſti redimere nos. Alia Antiphona. Ioan. 12.

A nte ſex dies ſolemnis Paſchæ, quando venit Dominus in ciuitatem Ieruſalem; occurrerunt ei pueri: & in manibus portabant ramos palmarum, & clamabant voce magna, dicentes: Hoſanna in excelſis: benedictus, qui veniſti in multitudine miſericordię tuę: Hosāna ī excelſis.

Alia Antiphona. O ccurrunt turbæ cum floribus, & palmis Redemptori obuiàm: & victori triumphanti digna dant obſequia: Filium Dei ore gentes prædicant: & in laudem Chriſti voces tonant per nubila: Hoſanna in excelſis.

Alia Antiphona. C um Angelis & pueris Fideles inueniamur, triumphatori mortis clamantes: Hoſanna in excelſis.

Alia Antiphona. T urba multa, quæ conuenerat ad diem feſtum, clamabat Domino: Benedictus, qui venit in nomine Domini. Hoſanna in excelſis.

In reuersione processionis, duo vel quatuor cantores intrant in Ecclesiam, & clauso ostio stantes versa facie ad processionem, incipiunt ℣. Gloria, laus, & decantant duos primos versus. Sacerdos verò cum alijs extra Ecclesiam, repetit eosdem. Deinde qui sunt intus, cantant alios versus sequentes: vel omnes, vel partem, prout videbitur: & qui sunt extra, ad quoslibet duos versus respondent. Gloria, laus. sicut à principio ℣.

Teodolfo Vescouo d'Orliens, sendo stato da alcuni emuli suoi all'Imperadore Lodouico Pio figliuolo di Carlo Magno, falsamente accusato, e perciò posto prigione nella Città d'Andegaui, nel passar della Processione (che in tal giorno si suol fare) auanti la carcere, oue egli si ritrouaua, aperta la fenestra pregò supplicheuolmente l'Imperadore (che in quella processione, per honorar Iddio si ritrouaua) douersi alquanto fermare; ilche ottenuto, cantò li seguenti Versi, da lui à bello studio composti, con sì gentile, e diuota maniera, che non solo fù dal benigno Imperadore subito dalla

prigione liberato, & al suo Vescouato restituito, ma volle anco, che li detti Versetti per l'auuenire in tal giorno nel fine della processione cantar si douessero. Per ilche la Chiesa, come buoni, e belli approuandoli prese anch'ella l'vsò di cantarli, e volse, che per tutta la Christianità da' fedeli il medesimo fatto si fosse in simil giorno.

In quanto poi che alcuni restino fuori rispondendo, altri cantino entro la Chiesa à porte serrate, significa, che gli Angeli innanzi la gloriosa Resurrettione di Christo, e sua ammirabile Ascensione, stauano del continuo lodando, e magnificando Iddio nel Cielo, ilquale perche ne anco era stato à miseri mortali aperto, quindi è, che lo pregauano, acciò douesse ad vna tanta rouina, e tanta miseria rimediare.

Ma quelli di fuori, che significano i miseri mortali confidati nella diuina bontà, stanno altresi cantando, e rispondendo anch'essi, e pregano l'onnipotente Iddio, che tosto aperte le porte del Cielo, siјno à quei celesti, e diuini spiriti congiunti.

Gloria, laus, & honor, tibi sit Rex Christe Redemptor:
Cui puerile decus prõpsit Hosanna piũ.

Israel

Israel es tu Rex, Dauidis & inclyta proles.
Nomine qui in Domini Rex benedicte venis. ℟. Gloria, laus.
Cœtus in excelsis te laudat cælicus omnis,
Et mortalis homo, & cuncta creata simul. ℟. Gloria, laus.
Plebs Hebræa tibi cum palmis obuia venit:
Cum prece, voto, hymnis, adsumus ecce tibi. ℟. Gloria, laus.
Hi tibi passuro soluebant munia laudis;
Nos tibi regnanti pangimus ecce melos. ℟. Gloria, laus.
Hi placuere tibi, placeat deuotio nostra:
Rex bone, Rex clemens, cui bona cuncta placent. ℟. Gloria, laus.

L'Vnione poi, che fanno quelli di dentro con quei di fuori, significa l'vnione, che faranno i buoni, con gli Angeli in Cielo, portando seco palme della vittoria, che ottenuta haueranno del mondo, del demonio, e della carne.

Posteà Subdiaconus hastili Crucis percutit portam: qua statim aperta, processio intrat Ecclesiam cantando ℟. Ingrediente Domino in Sanctam ciuitatem, Hebræorum pueri resurrectionem vitæ pronunciantes, Cum ramis palmarum Hosanna clamabant in excelsis.

℣. Cùm audisset populus, quòd Iesus veniret Ierosolymam, exierunt obuiam ei. Cum ramis. Et non dicitur, Gloria Patri.

Deinde celebratur Missa, & rami tenentur in manibus dum cantatur Passio & Euangelium tantùm.

Statio ad S. Ioannem in Laterano,

Finita la Processione, si viene alla celebratione della Messa, nel cui principio riducendo santa Chiesa alla memoria la Passione del Saluator con l'Introito. Domine, ne longè facias, &c. *ci manifesta chiaramente, ch'egli entrando in Gierusalem, al luogo s'appressò del suo patimento, come Agnello figurato nella legge, ilquale hauendosi ad arrostire per la Pasqua, douea prima star sei giorni in casa de gli Hebrei, entra anch'egli nella Città per esser poi arrostito dopò il sesto giorno nel legno della Croce.*

In-

Introitus. Psalmus 21.

DOmine, ne longè facias auxilium tuum à me, ad defensionem meam aspice: libera me de ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. Psalmus. Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? Longè à salute mea verba delictorum meorum. Domine, ne longè. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Saluatorem nostrũ carnem sumere, & crucem subire fecisti: concede propitius: vt & patientiæ ipsius habere documenta, & resurrectionis cõsortia mereamur. Per eumdem.

Et hæc Oratio tantùm dicitur.

SEguita doppo l'oratione l'Epistola, quale altro non contiene, che carità, patiẽza, humiltà, e passione di Giesù Saluator nostro, per lo che il suo tremendo nome viene adorato non solo in Cielo, ma anco in terra, e nell'inferno.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Philippenses. Cap. 2.

FRatres: Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cùm in forma

forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Domin⁹ Iesus Christus in gloria est Dei Patris.

Finita l'Epistola, si legge il seguente Graduale, così detto, ouero perche si soleua anticamente cantare nelli gradi dell'Altare, ouero perche intendessimo, che fà di mestieri, à chi vuol godere della celeste Beatitudine ascender (à guisa di gradi) di virtù in virtù. In questo Graduale parla santa Chiesa in persona di Christo, e risponde al Padre Eterno, quanto l'Apostolo hà nell'Epistola accennato.

Graduale. Psal. 72. Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me: & cum gloria assumpsisti me. ℣. Quàm bonus Israel Deus rectis corde? mei

mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei: quia zelaui in pec catoribus, pacem peccatorum videns.

S*Eguita il Tratto, il quale altro non è, che ſegno di meſtitia, e di dolore, come all'incontro* Alleluia, *è ſegno di giubilo, e d'allegrezza: & in eſſo il Regio Profeta Dauid ſpiega, e racconta i trauagli, vituperij, & opprobrij ſofferti dal benedetto Chriſto: e diceſi Tratto,* à trahẽdo *voce Latina, poiche con aſprezza di voci, e lunghezza di parole ſi canta da ſanta Chieſa dalla Settuageſima ſino à Paſqua per inſtitutione di Telesforo Papa.*

Tractus. Pſal. 21. Deus Deus meus, reſpice in me: quare me dereliquiſti? ℣. Longè à ſalute mea verba delictorum meorum. ℣. Deus meus clamabo per diem, nec exaudies: in nocte, & non ad inſipientiam mihi. ℣. Tu autem in ſancto habitas, laus Iſrael. ℣. In te ſperauerunt patres noſtri: ſperauerunt, & liberaſti eos. ℣. Ad te clamauerunt, & ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt, & non ſunt confuſi. ℣. Ego autem ſum vermis, & non homo: opprobriũ hominum, & abiectio plebis. ℣. Omnes qui videbant me,

aſper-

aſpernabantur me : locuti ſunt labijs, & mouerunt caput. ℣. Sperauit in Domino, eripiat eum : ſaluum faciat eum, quoniam vult eum. ℣. Ipſi verò conſiderauerunt, & conſpexerunt me : diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.
℣. Libera me de ore leonis : & à cornibus vnicornium humilitatem meam.
℣. Qui timetis Dominum, laudate eum: vniuerſum ſemen Iacob magnificate eũ.
℣. Annunciabitur Domino generatio ventura; & annunciabunt cæli iuſtitiam eius. ℣. Populo, qui naſcetur, quem fecit Dominus.

Paſſio Domini incipitur abſolutè : non dicitur, Munda cor meum, non petitur benedictio, non deferuntur luminaria, nec incenſum : non dicitur, Dominus vobiſcum, nec reſpondetur, Gloria tibi Domine. & Celebrans, ſeu Diaconus, dum pronunciat. Paſſio Domini noſtri. non ſignat librum, neque ſeipſum. Quòd & in alijs diebus ſeruatur, quando legitur Paſſio.

QVattro furono gli Scrittori della vita, gesti, morte, Resurrettione, & Ascensione di Christo Saluator del Mondo, quali Euangelisti vengono detti. Hora trattandosi in questa settimana la Passione, e morte del nostro Redentore, descritta da ciascuno di essi, ordinò Papa Alessandro, che si douesse leggere per ordine, come ch'è stata da ciascuno di loro descritta, cominciando da san Matteo, che prima de gl'altri in Giudea la descrisse in lingua Hebraica l'anno della salute nostra quarantesimo primo.

Nel qual Passio non si chiede la benedittione: perche in esso si tratta la morte di colui, che solo ci può benedire.

Non si portano i lumi, perche il vero lume Christo benedetto ci vien tolto.

Nõ si porta l'incenso, per dinotare, che il feruore della diuotione, & oratione, che per l'incenso è significato, era all'hora ne gli Apòstoli intepidito.

Non si dice il Dominus vobiscum, per detestare l'empio saluto di Giuda, col quale tradì Christo. Non si risponde: Gloria tibi Domine, perche non gloria, ma obbrobrio, villanie, & ingiurie in questi giorni riceuè Christo da' Giudei.

Le parole del mellifluo Giesù si cantano dolcemente,

mente, e sotto voce, per dimostrare la mansuetudine di lui. Le parole delle turbe si cantano in voce alta, & orgoliosa, per dimostrare l'empio affetto, e maluaggio animo, che haueano gli Hebrei contro l'humile & innocente Christo, vsando verso di lui le più aspre, amare, e pungenti parole, che dire, & imaginare si potessero.

Finalmente in questo Passio, si ragiona della Cena di Christo fatta con i suoi Discepoli, il tradimento di Giuda, la presa del Signore nel'Horto, la sentenza di Pilato, e finalmente la morte del Redentor del Mondo sù la Croce nel monte Caluario.

Passio Domini nostri Iesu Christi secundùm Matthæum. Cap. 26.

IN illo tempore: dixit Iesus discipulis suis: ✠ Scitis, quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur, vt crucifigatur. C Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: & con-

& conſilium fecerunt vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem: S Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo. C Cùm autem Ieſus eſſet in Bethania in domo Simonis Leproſi, acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrũ vnguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis. Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt, dicentes: S Vt quid perditio hæc? potuit enim iſtud vænundari multo, & dari pauperibus. C Sciens autem Ieſus, ait illis: ✝ Quid moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonũ operata eſt in me. Nã ſemper pauperes habetis vobiſcum: me autem non ſemper habetis. Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum: ad ſepeliendũ me fecit. Amen dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriã eius. C Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcariotes, ad principes ſacerdotũ: & ait illis: S Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? C At illi conſtituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem vt eum tra-

traderet. Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: S Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? C At Iesus dixit: ✠ Ite in ciuitatem ad quemdam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum propè est, apud te facio Pascha cum discipulis meis. C Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt Pascha. Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis, dixit: ✠ Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est. C Et contristati valdè, cœperunt singuli dicere. S Numquid ego sum Domine? C At ipse respondens, ait: ✠ Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur: bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. C Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: S Numquid ego sum, Rabbi? C Ait illi. ✠ Tu dixisti. C Cœnantibus autem eis: accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis

suis,

ſuis, & ait: ✠ Accipite, & comedi-
te: hoc eſt corpus meum. C Et acci-
piens calicem, gratias egit: & dedit
illis, dicens: ✠ Bibite ex hoc om-
nes. Hic eſt enim ſanguis meus no-
ui teſtamenti, qui pro multis effun-
detur in remiſſionem peccatorum.
Dico autem vobis: non bibam amo-
dò de hoc genimine vitis vſque in
diem illum, cùm illud bibam vo-
biſcum nouum in regno Patris mei.
C Et hymno dicto, exierunt in mon-
tem Oliueti. Tunc dicit illis Ieſus:
✠ Omnes vos ſcandalum patiemi-
ni in me, in iſta nocte. Scriptum
eſt enim: Percutiam paſtorem, & di-
ſpergentur oues gregis. Poſtquàm au-
tem reſurrexero, præcedam vos in Ga-
lilæam. C Reſpondens autem Pe-
trus, ait illi: S Et ſi omnes ſcandali-
zati fuerint in te, ego numquam ſcan-
dalizabor. C Ait illi Ieſus: ✠ Amen
dico tibi, quia in hac nocte, ante
quàm gallus cantet, ter me negabis.
C Ait illi Petrus: S Etiam ſi opor-
tuerit me mori tecum, non te nega-

bo. C Similiter & omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani, & dixit discipulis suis: ✠ Sedete hìc donec vadam illuc, & orem. C Et assumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi, cœpit contristari & mæstus esse. Tunc ait illis: ✠ Tristis est anima mea vsque ad mortem: sustinete hìc, & vigilate mecum. C Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans, & dicens: ✠ Pater mi; si possibile est, transeat à me calix iste. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. C Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes: & dicit Petro: ✠ Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. C Iterùm secundò abijt, & orauit, dicens: ✠ Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. C Et venit iterùm, & inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterùm abijt, & orauit ter-

tiò,

tiò, eumdem ſermonem dicens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis: ✠ Dormite iam, & requieſcite: ecce appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. C Adhuc, eo lequente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladijs & fuſtibus, miſſi à principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis ſignum, dicens: S Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. C Et confeſtim accedens ad Ieſum, dixit: S Aue Rabbi. C Et oſculatus eſt eum. Dixitque illi Ieſus: ✠ Amice, ad quid veniſti? C Tunc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his, qui erant cum Ieſu, extendens manum, exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruum principis ſacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Ieſus: ✠ Conuerte gladium tuum in locum ſuum. Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt;

An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò plus quam duodecim legiones Angelorum. Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri? C In illa hora dixit Iesus turbis: ✠ Tamquàm ad latronem existis cum gladijs, & fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. C Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur Scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, vbi Scribæ, & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum à longè, vsque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intrò: sedebat cum ministris, vt videret finem. Princeps autem sacerdotum, & omne consilium, quęrebant falsum testimonium contra Iesũ, vt eum morti traderent: & non inuenerunt; cùm multi falsi testes accessissent. Nouissimè autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt: S Hic dixit: Possum destruere templum Dei, & post triduum

reædifi-

reædificare illud. C Et ſurgens princeps ſacerdotum, ait illi: S Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti aduerſum te teſtificantur? C Ieſus autem tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi: S Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus Filius Dei. C Dicit illi Ieſus: ✠ Tu dixiſti. Verumtamen dico vobis, amodò videbitis Filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli: C Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens: S Blaſphemauit: quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam: quid vobis videtur? C At illi reſpondentes, dixerunt: S Reus eſt mortis. C Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum cæciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes: S Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt, qui te percuſſit? C Petrus verò ſedebat foris in atrio: & acceſſit ad eum vna ancilla, dicens: S Et tu cum Ieſu Galilæo eras. C At ille negauit coram omnibus, dicens: S Neſcio quid dicis. C Exeunte autem

illo ianuam, vidìt eum alia ancilla, & ait his, qui erant ibi: S Et hic erat cum Ieſu Nazareno. C Et iterùm negauit cum iuramento: Quia non noui hominem. Et poſt puſillum acceſſerunt qui ſtabant, & dixerunt Petro; S Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifeſtum te facit. C Tunc cœpit deteſtari, & iurare quia non nouiſſet hominem. Et continuò gallus cantauit. Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu, quod dixerat: Priuſquàm gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foràs, fleuit amarè. Manè autem facto, conſilium inierunt omnes principes ſacerdotum, & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum, & ſenioribus, dicens: S Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum. C At illi dixerunt. S Quid ad nos? Tu videris. C Et proiectis argenteis in templo, receſſit: & abiens laqueo ſe ſuſpen-

ſpendit. Principes autem ſacerdotum, acceptis argenteis dixerunt: S Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt. C Conſilio autem inito; emerunt ex illis agrum figuli, in ſepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus eſt ager ille, Haceldama, hoc eſt ager ſanguinis, vſque in hodiernum diem. Tunc impletum eſt, quod dictum eſt per Ieremiam Prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt à filijs Iſrael: & dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus. Ieſus autem ſtetit ante Præſidem, & interrogauit eum Præſes, dicens: S Tu es Rex Iudæorum? C Dicit illi Ieſus: ✠ Tu dicis. C Et cùm accuſaretur à principibus ſacerdotum, & ſenioribus, nihil reſpondit. Tunc dicit illi Pilatus: S Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? C Et non reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Præſes vehementer. Per diem autem ſolemnem conſueuerat Præſes populo dimittere vnum vinctum, quem

voluiſſent. Habebat autem tunc vinctum inſignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: S Quem vultis dimittam vobis Barabbam, an Ieſum, qui dicitur Chriſtus? C Sciebat enim quòd per inuidiam tradidiſſent eũ. Sedente autem illo pro tribunali, miſit ad eum vxor eius: dicens: S Nihil tibi: & iuſto illi. Multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum. C Principes autem Sacerdotum & ſeniores perſuaſerunt populis, vt peterent Barabbam, Ieſum verò perderent. Reſpondens autem Præſes: ait illis: S Quem vultis vobis de duobus dimitti? C At illi dixerunt: S Barabbam. C Dicit illis Pilatus: S Quid igitur faciam de Ieſu, qui dicitur Chriſtus? C Dicunt omnes: S Crucifigatur. C Ait illis Præſes: S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant, dicentes: S Crucifigatur. C Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: S Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius: vos videritis: C

Et

Et respondens vniuersus populus, dixit: S Sanguis eius super nos, & super filios nostros. C Tunc dimisit illis Barabbam: Iesum autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Tunc milites Præsidis suscipientes Iesum in prętorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: & exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei, & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: S Aue rex Iudæorum. C Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et postquàm illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem, inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha: quod est, Caluariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cùm gustasset, noluit bibere. Postquàm autem crucifixis-

cifixissent eum, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes: vt impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes, seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Iesus Rex Iudæorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo Latrones: vnus à dextris, & vnus à sinistris. Prętereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: S Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: Salua temetipsum. Si Filius Dei es, descende de Cruce. C Similiter & principes sacerdotum illudentes cum Scribis & senioribus, dicebant: S Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: Si Rex Israel est, descendat nunc de Cruce & credimus ei: Confidit in Deo: liberet nunc, si vult eum: dixit enim: Quia Filius Dei sum. C Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam

nonam.

nonam. Et circa horam nonam clamauit Ieſus voce magna, dicens: ✠ Eli, Eli, lamaſabacthani? C Hoc eſt: ✠ Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? C Quidam autem illic ſtantes, & audientes, dicebant: S Eliam vocat iſte. C Et continuò currens vnus ex eis, acceptam ſpongiam impleuit aceto, & impoſuit arundini, & dabat ei bibere. Ceteri verò dicebant. S Sine, videamus an veniat Elias liberans eum. C Ieſus autem iterùm clamans voce magna, emiſit ſpiritum. *Hic genuflectitur, & pauſatur aliquatulum.* Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo vſque deorſum, & terra mota eſt, & petræ ſciſſę ſunt, & monumenta aperta ſunt: & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt. Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius, venerunt in ſanctam ciuitatē, & apparuerunt multis. Centurio autem, & qui cum eo erant cuſtodientes Ieſum, viſo terræmotu & his, quæ fiebant, timuerunt valdè, dicentes: S Verè Filius Dei erat iſte. C Erant autem ibi mulieres multæ à longè, quæ ſecutæ

erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi,& Ioseph mater,& mater filiorum Zebedæi. Cùm autem sero factũ esset, venit quidam homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda. Et posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti,& abijt. Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulchrum.

Hauendo l'Euãgelista San Matteo descritta la passione, & morte di Christo, hora và raccontando quello, che successe intorno alla di lui sepoltura, fino alla resurrettione. E perche parla l'Euangelista, quindi è, che Santa Chiesa vuole, che si canti nel tuono dell'Euangelio, e che anco si chieda la benedittione.

S'adopra l'incenso, perche è solito d'vsarsi nella sepoltura de' morti.

Non si portano i lumi, perche di già è estinta la vera luce del mondo.

Hìc

Hìc dicitur, [Munda cor meum. petitur benedictio, defertur incensum sine luminaribus: & incensatur liber: non dicitur Dominus vobiscum. & Celebrans, aut Diaconus non signat librum, neque seipsum: & quod sequitur, cantatur in tono Euangelij: in cuius fine Celebrans osculatur librum, & incensatur. Quæ omnia & in alijs Passionibus seruantur, præterquàm Feria sexta in Parasceue.

ALtera autem die, quæ est post Parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens: Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrũ vsque in diem tertium: ne fortè veniant discipuli eius, & furentur eum: & dicant plebi: Surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem, cum custodibus. Credo.

SEguita l'Offertorio preso dal Salmo 68, & è detto in persona di Christo, mentre si ritro-

uaua.

uaua nelle amarezze della sua passione.

E detto Offertorio, significandosi in quello l'offerta, che egli fà di se stesso per noi miseri, & infelici peccatori all'eterno Padre.

Offertorium. Psal. 68. Improperium expectauit cor meum, & miseriam: & sustinui qui simul mecum contristaretur, & non fuit: consolantem me quæsiui, & non inueni: & dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Præfatio. Æternæ Deus, qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti.

Communio. Matth. 26. Pater, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Postcommun.

PEr huius, Domine, operationem mysterij, & vitia nostra purgentur, & iusta desideria compleantur. Per Dñm.

In Missis priuatis legitur in fine Euangelium, Cùm appropinquasset. vt suprà in benedictione Palmarum. fol. 9.

FERIA SECVNDA maioris Hebdomadæ.

IN questa seconda Feria si descriue l'humiltà, e patienza di Christo, e particolarmente nel-

nell'Epistola, nella quale vengono da Esaia predetti gli obbrobrij, e gli affanni, la passione, e morte del nostro Saluatore.

Statio ad Sanctam Praxedem.

Introitus. Psalmus 34

IVdica Domine nocentes me, expugna impugnantes me: apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium meum, Domine virtus salutis meæ.

Psalm. Effunde frameam, & conclude aduersus eos, qui persequuntur me: dic animæ meæ, salus tua ego sum.

Iudica Domine. Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus, vt, qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti Filij tui passione respiremus. Qui, &c.

Contra persecutores Ecclesiæ. Oratio.

ECclesiæ tuæ, quæsumus Domine preces placatus admitte; vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per Dominum nostrum.

Vel pro Papa. Oratio.

DEus, omnium fidelium pastor & rector: famulum tuum N. quē pastorē

Ec-

Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præest proficere: vt ad vitam vnà cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per Dominum.

Lectio Isaiæ Prophetæ. Cap. 50.

IN diebus illis: Dixit Isaias: Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico: retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Dominus Deus auxiliator meus, ideò non sum confusus: ideò posui faciem meam, vt petram durissimam, & scio quoniam non confundar: Iuxta est qui iustificat me, quis contradicet mihi: Stemus simul, quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce Dominus Deus auxiliator meus: quis est, qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui sui? qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei, speret in nomine Domini, &

ni, & innitatur super Deum suum.
Graduale Exurge Domine, & intende iudicio meo, Deus meus & Dominus meus in causam meam.
℣. Effunde frameam, & conclude aduersus eos qui me persequuntur.
Tractus. Psalmus 102. Domine, non secundùm peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ: citò anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.
℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

SI fa mentione in questo Euangelio dell' humile, e diuota liberalità di Maddalena nell'ungere i piedi à Christo, laquale due volte gli unsi, una nella sua conuersione in casa di Simon Fariseo, e l'altra in casa propria, che fù sei giorni auanti la Pasqua.

Contiene di più il presente Euangelio, la cupidigia, & auaritia di Giuda, con l'empia mormoratione, e l'inuidia de' Giudei.

Sequentia Sancti Euangelij ſecundùm Ioannem. Cap. 12.

ANte ſex dies Paſchæ venit Ieſus Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus quem ſuſcitauit Ieſus. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha miniſtrabat, Lazarus verò, vnus erat ex diſcumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſtici, pretioſi, & vnxit pedes Ieſu, & exterſit pedes eius capillis ſuis, & domus impleta eſt ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius, Iudas Iſcariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc vnguentum non vænijt trecentis denarijs, & datum eſt egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. Dixit ergo Ieſus: Sinite illam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud. Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum: me autem non ſemper habetis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic eſt: & venerunt, non propter Ieſum tantùm, ſed vt Lazarum viderent, quem ſuſcitauit à mortuis.

Of-

Offertorium. Psalmus 142. Eripe me de inimicis meis Domine: ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam: quia Deus meus es tu.

Communio. Psalmus 34. Erubescant, & reuereantur simul, qui gratulantur malis meis: induantur pudore & reuerentia, qui maligna loquuntur aduersus me.

Postcommunio.

PRæbeant nobis Domine, diuinum tua sancta feruorem: quò eorum pariter & actu delectemur, & fructu. Per Dñm nostrum Iesum Christum Filium tuum.

Altera postcommunio vel contra persecutores Ecclesiæ.

QVæsumus Dñe Deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per Dominum.

Vel pro Papa.

HÆc nos, quæsumus Domine, diuini: Sacramenti perceptio protegat, & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuę pręesse voluisti: vnà cum commisso sibi grege saluet semper, & muniat. Per Dominum.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

ADiuua nos Deus salutaris noster: & ad beneficia recolenda quibus nos instaurare dignatus es tribue venire gaudentes. Per Dominum.

FERIA TERTIA.

IN questa terza Feria si tratta parimente alla Passione del nostro Saluatore: E perche Santa Chiesa và considerando in tre modi nella Croce la nostra salute, cioè nell'amore, che Christo ci dimostrò morendo in quella, nell'imitatione, procurando d'imitarlo nelle tribulationi, e finalmente nella salute dataci da lui per mezo della Croce: però comincia l'introito della Messa. Nos autem gloriari, &c. *essortandoci à rallegrarci nella Croce del Signore.*

Statio ad Sanctam Priscam.

Introitus. Galat. 6.

NOs autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati, & liberati sumus.

Psalmus 66. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum su-

ſuper nos & miſereatur noſtri. Nos autem.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, da nobis ita Dominicæ paſſionis Sacramenta peragere: vt indulgentiam percipere mereamur. Per eumdem.

Poſteà vel Eccleſiæ tuæ. vel Deus omnium fidelium. fol. 47.

Lectio Ieremiæ Prophetæ. Cap. 11.

IN diebus illis: dixit Ieremias: Domine demonſtraſti mihi: & cognoui: tunc oſtendiſti mihi ſtudia eorum: Et ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam: & non cognoui quia cogitauerunt ſuper me conſilia, dicentes: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur ampliùs. Tu autem Domine ſabaoth, qui iudicas iuſtè, & probas renes & corda videam, vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui cauſam meam, Domine Deus meus.

Graduale. Pſal. 34. Ego autem dùm mihi moleſti eſſent, induebam me cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in ſinu meo conuertetur.

℣. Iudica Domine nocentes me, expugna impugnantes me: apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi.

Hoggi ſi legge la Paſſione del Signore, ſecondo la deſcrittione fatta da S. Marco, il quale breuemente ſcriſſe in Roma il ſuo Euangelio à richieſta di molti conuertiti alla fede, e fù poi da S. Pietro, lodato, & appronato.

Si legge nel ſecondo luogo, perche fù il ſecondo à ſcriuere la vita di Chriſto, nell'anno della ſalute noſtra quaranteſimo quinto.

Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm Marcum. Cap. 14.

IN illo tempore: Erat Paſcha & Azyma poſt biduum: & quærebāt ſummi ſacerdotes, & Scribę quomodo Ieſum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem: S Nō in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo. C Et cū eſſet Ieſus Bethaniæ in domo Simonis leproſi, & recumberet: venit mulier habēs alabaſtrum vnguēti nardi ſpicati pre-

tioſi, & fracto alabaſtro, effudit ſuper caput eius. Erant autem quidam indignè ferentes intra ſemetipſos, & dicentes. S Vt quid perditio iſta vnguenti facta eſt? Poterat enim vnguentum iſtud venundari pluſquàm trecentis denarijs, & dari pauperibus. C Et fremebant in eam. Ieſus autem dixit. ✠ Sinite eam, quid illi moleſti eſtis? Bonum opus operata eſt in me. Semper enim pauperes habetis vobiſcum: & cùm volueritis, poteſtis illis benefacere: me autem non ſemper habetis. Quod habuit hæc, fecit: præuenit vngere corpus meum in ſepulturam. Amen dico vobis. Vbicumque prædicatum fuerit Euangelium iſtud in vniuerſo mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius. C Et Iudas Iſcariotes vnus de duodecim abijt ad ſummos Sacerdotes, vt proderet eum illis. Qui audientes, gauiſi ſunt: & promiſerunt ei pecuniam ſe daturos. Et quærebat quomodo illum opportunè traderet. Et primo die Azymorum, quando Paſcha immolabant, dicunt ei diſcipuli. S Quò vis eamus, & paremus tibi

tibi vt mãduces Paſcha? C Et mittit duos
ex diſcipulis ſuis , & dicit eis. ✠ Ite in
ciuitatem : & occurret vobis homo lage-
nam aquæ baiulans , ſequimini eum : &
quocumque introierit , dicite Domino
domus , quia magiſter dicit : Vbi eſt refe-
ctio mea , vbi Paſcha cum diſcipulis meis
manducem ? Et ipſe vobis demonſtrabit
cœnaculum grande, ſtratum : & illic pa-
rate nobis. C Et abierunt diſcipuli eius,&
venerunt in ciuitatem : & inuenerunt ſi-
cut dixerat illis , & parauerunt Paſcha.
Veſperè autem facto , venit cum duode-
cim . Et diſcumbentibus eis, & mandu-
cantibus , ait Ieſus: ✠ Amen dico vobis,
quia vnus ex vobis tradet me , qui man-
ducat mecum C At illi cæperunt contri-
ſtari , & dicere ei ſingulatim: S Numquid
ego? C Qui ait illis: ✠ Vnus ex duode-
cim , qui intingit mecum manum in ca-
tino . Et Filius quidem hominis vadit ſi-
cut ſcriptum eſt de eo : væ autem homini
illi , per quem Filius hominis tradetur.
Bonum erat ei , ſi non eſſet natus homo
ille. C Et manducantibus illis , acce-
pit Ieſus panem : & benedicens fregit,
&

& dedit eis, & ait: ✠ Sumite, hoc est corpus meum. C Et accepto calice, gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo omnes. Et ait illis: ✠ Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis, quia iam non bibam de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cùm illud bibam nouum in regno Dei. C Et hymno dicto, exierunt in montem Oliuarum. Et ait eis Iesus: ✠ Omnes scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est: Percutiam pastorem & dispergentur oues. Sed postquàm resurrexero, præcedam vos in Galilæam. C Petrus autem ait illi: S Et si omnes scandalizati fuerint in te: sed non ego. C Et ait illi Iesus: ✠ Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquàm gallus vocem bis dederit ter me es negaturus. C At ille ampliùs loquebatur. S Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo: C Similiter autem & omnes dicebant. Et veniunt in prędium, cui nomen Gethsemani. Et ait discipulis suis: ✠ Sedete hic donec orem.

C Et aſſumit Petrum, & Iacobum, & Ioannem ſecum: & cæpit pauere, & tædere. Et ait illis: ✠ Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: ſuſtinete hic, & vigilate. C Et cùm proceſſiſſet paululum, procidit ſuper terram: & orabat, vt ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora: & dixit: ✠ Abba, Pater, omnia tibi poſſibilia ſunt: transfer calicem hunc à me, ſed non quod ego volo, ſed quod tu. C Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro: ✠ Simon dormis? non potuiſti vna hora vigilare? Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro verò infirma. C Et iterum abiens orauit eumdem ſermonem dicens: Et reuerſus, denuò inuenit eos dormientes, (erant enim oculi eorum grauati) & ignorabant quid reſponderent ei. Et venit tertiò, & ait illis: ✠ Dormite iam, & requieſcite. Sufficit: venit hora: ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus. Ecce qui me tradet, propè eſt: C Et, adhuc eo loquente, venit Iudas Iſcariotes vnus de duodecim, & cum eo turba multa,

cum

cum gladijs, & lignis, à ſummis Sacerdotibus & Scribis, & ſenioribus. Dederat autem traditor eius ſignum eis, dicens: S Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, & ducite cautè. C Et cùm veniſſet, ſtatim accedens ad eum ait: S Aue Rabbi: C Et oſculatus eſt eum. At illi manus iniecerunt in eum, & tenuerunt eum. Vnus autem quidam de circumſtantibus educens gladium, percuſſit ſeruum ſummi Sacerdotis: & amputauit illi auriculam. Et reſpondens Ieſus, ait illis: ✠ Tamquàm ad latronem exiſtis cum gladijs, & lignis comprehendere me? Quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuiſtis. Sed vt impleantur Scripturæ. C Tunc diſcipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Adoleſcens autem quidam ſequebatur eũ amictus ſindone ſuper nudo: & tenuerunt eum. At ille reiecta ſindone, nudus, profugit ab eis. Et adduxerunt Ieſum ad ſummum ſacerdotem: & conuenerunt omnes ſacerdotes, & Scribæ, & ſeniores Petrus autem à longè ſecutus eſt eum vſque intrò in atrium ſummi ſacerdotis:

tis : & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. Summi verò sacerdotes, & omne concilium quærebant aduersum Iesum testimonium, vt eum morti traderent, nec inueniebant. Multi enim testimonium falsum dicebant aduersus eum : & conuenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes : S Quoniam nos audiuimus eum dicentem : Ego dissoluam templum hoc manufactum, & per triduum aliud non manufactum ędificabo. C Et non erat conueniens testimonium illorum. Et exurgens summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens: Non respondes quidquam ad ea, quæ tibi obijciuntur ab his? C Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursùm summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: S Tu es Christus Filius Dei benedicti; C Iesus autem dixit illi. ✠ Ego sum : Et videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cæli. C Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait:

ait: S Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam: quid vobis videtur? C Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cædere, & dicere ei: S Prophetiza: C Et ministri alapis eum cædebant. Et cùm esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis: & cùm vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait: S Et tu cum Iesu Nazareno eras, C At ille negauit, dicens: S Neque scio, neque noui quid dicas. C Et exijt foras ante atrium, & gallus cantauit. Rursus autem cùm vidisset illum ancilla, cœpit dicere circumstantibus: Quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabant, dicebant Petro: S Verè ex illis es nam & Galilæus es. C Ille autem cœpit anathematizare, & iurare: Quia nescio hominem istum, quem dicitis. Et statim gallus iterùm cantauit, Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Iesus: priusquàm gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere. Et con-

confeſtim, manè cõſilium facientes ſummi ſacerdotes cum ſenioribus, & ſcribis, & vniuerſo concilio, vincientes Ieſum, duxerunt, & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. S Tu es Rex Iudæorum? C At ille reſpondens, ait illi: ✠ Tu dicis. C Et accuſabant eum ſummi ſacerdotes in multis. Pilatus autem rurſum interrogauit eum, dicens: S Non reſpondes quidquam? vide in quantis te accuſant. C Ieſus autem ampliùs nihil reſpondit, ita vt miraretur Pilatus. Per diem autem feſtum ſolebat dimittere illis vnum ex vinctis, quemcumque petijſſent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum ſeditioſis erat vinctus, qui in ſeditione fecerat homicidium. Et cùm aſcendiſſet turba, cæpit rogare, ſicut ſemper faciebat illis. Pilatus autem reſpondit, eis, & dixit: S Vultis dimittam vobis Regem Iudæorum? C Sciebat enim quòd per inuidiam tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterùm reſpondens, ait illis. S

Quid

Quid ergo vultis faciam Regi Iudæorum? C At illi iterum clamauerunt: S Crucifige eum. C Pilatus verò dicebat illis. S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant: S Crucifige eum. C Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit Iesum flagellis cæsum, vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem, & induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronam. Et cęperunt salutare eum: Aue Rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine: & conspuebant eum, & ponentes genua, adorabant eum. Et postquàm illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum vestimentis suis: & educunt illum, vt crucifigerent eum. Et angariauerunt prætereuntem quempiam, Simonem Cyrenæum venientem de villa Patrem Alexandri, & Rufi, vt tolleret crucem eius. Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatum Caluariæ locus. Et dabant ei bibere myrrhatum [illegible] num: & non accepit. Et crucifi[illegible] um, diuise-

runt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Et erat titulus causæ eius inscriptus, Rex Iudeæorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & alium à sinistris eius. Et impleta est Scriptura, quæ dicit: Et cum iniquis reputatus est. Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: S Vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reędificas: saluum fac temetipsum descendens de cruce C Similiter & Summi sacerdotes illudentes ad alterutrum cum Scribis dicebant: S Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Christus Rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus. C Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei. Et facta hora sexta, tenebrę factæ sunt per totam terram, vsque in horam nonam. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens: ✠ Eloi, Eloi, lammasabacthani? C Quod est interpretatum: ✠ Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti

sti me? C Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant: S Ecce, Eliam vocat. C Currens autem vnus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens: S Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendum eum. C Iesus autem emissa voce magna expirauit. Hic genuflectitur, & pausatur aliquantulum. Et velum templi scissum est in duo, à summo vsque deorsum. Videns autem Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait. S Verè hic homo Filius Dei erat. C Erant autem & mulieres de longè aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome: & cùm esset in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei, & alię multæ; quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymam.

Quod sequitur, cantatur in tono Euangelij & alia fiunt vt suprà.

ET cùm iam serò esset factũ (quia erat Parasceue, quod est ante Sabbatum) venit Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum

Dei, & audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur si iam obijsset. Et accersito Centurione, interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cùm cognouisset à Centurione, donauit corpus Ioseph. Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento, quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad ostium monumenti. Offertorium. Psal. 139.

Custodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.

Communio. Psal. 68.

Aduersum me exercebantur, qui sedebant in porta: & in me psallebant, qui bibebant vinum: ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus in multitudine misericordiæ tuę.

Postcommunio.

Sanctificationibus tuis omnipotens Deus, & vitia nostra curentur: & remedia nobis sempiterna proueniant. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Posteà vel Quæsumus Domine. vel Hæc nos, quæsumus. fol. 51.

Super

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

TVa nos misericordia, Deus, & ab omni subreptione vetustatis expurget: & capaces sanctæ nouitatis efficiat. Per Dominum nostrum.

FERIA QVARTA.

IN questa quarta Feria Giuda tratta di veder Christo, e per trenta danari lo vende a' Giudei: onde vediamo, che il nostro Saluatore non solo si compiacque morir per noi, ma anco volle esser venduto per liberarci da quella vendita, che già di noi fece al diauolo il nostro primo Padre, col mangiar del vietato pomo.

E perche nell'Euangelio si legge, che Christo orò nell'horto al Padre con le ginocchia in terra, però santa Chiesa nell'Introito della Messa inuita tutte le creature, che al nome di Giesù humilmente s'inchinino, e l'adorino.

Statio ad S. Mariam Maiórem.

Introitus. Philipp. 2.

IN nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: quia Dominus factus est obediens vsque

ad mortem, mortem autem crucis: ideò Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Psalmus 101. Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. In nomine. Post Kyrie eleison, dicitur Oremus. Flectamus genua.
℟. Leuate. Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus: vt, qui nostris excessibus incessanter affligimur, per vnigeniti Filij tui passionem liberemur. Qui tecũ viuit,& regnat.

Lectio Isaiæ Prophetæ. Cap. 62. & 63.

HÆc dicit Dominus Deus: Dicite filiæ Sion. Ecce Saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego, qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus: & de Gentibus non est vir mecum: calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea,

& om-

& omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo annus redemptionis meæ venit. Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit qui adiuuaret: & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum. Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis, Dominus Deus noster.

Graduale. Psalm. 68. Ne auertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor: velociter exaudi me. ℣. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque animam meam: infixus sum in limo profundi, & non est substantia.

Hic dicitur, Dominus vobiscum., sine Flectamus genua. Oratio.

Deus, qui pro nobis Filium tuum crucis patibulum subire voluisti, vt inimici à nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis: vt resurrectionis gratiam consequamur.

Per eumdem Dominum.
Postea vel Ecclesiæ tuæ. vel Deus omnium fidelium. fol.47.
Lectio Isaiæ Prophetæ. Cap.53.
IN diebus illis: Dixit Isaias, Domine, quis credidit auditui nostro? & brachiũ Domini cui reuelatum est? Et ascendit sicut virgultum corã eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & nõ erat aspectus, & desiderauimus eum: Despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse
voluit,

voluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. De angustia, & de iudicio sublatus est: Generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: eò quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animã suam, videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit & saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideò dispertiam ei plurimos: & fortium diuidet spolia, pro eo quòd tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.

Tractus. Psal. 101. Domine exaudi orationem meã, & clamor meus ad te veniat.

℣. Ne auertas faciem tuam à me : in quæcumque die tribulor : inclina ad me aurem tuam.

℣. In quacumque die inuocauero te , velociter exaudi me.

℣. Quia defecerunt ſicut fumus dies mei : & oſſa mea ſicut in frixorio confrixa ſunt.

℣. Percuſſus ſum ſicut fænum , & aruit cor meum : quia oblitus ſum manducare panem meum.

℣. Tu exurgens Domine miſereberis Sion : quia venit tempus miſerendi eius.

LA Paſſione ſeguente è ſcritta da ſan Luca, il quale ſcriſſe il ſuo Euangelio in Achaia in lingua Greca l'anno dopò la naſcita del Saluatore quaranteſimo ottauo , per compiacere la ſua natione, la quale non intendendo nè l' Hebreo , nè il Latino , bramaua nella propria ſua fauella conoſcere i gran fatti del Redentore, e per confutar le falſe menzogne di certi Eretici , che allhora andauano ingannando i popoli . E perche fù il terzo à ſcriuerlo , però da ſanta Chieſa nel terzo luogo ſi legge.

Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm Lucam. Cap.22.

IN illo tempore: Appropinquabat dies feſtus Azymorum, qui dicitur Paſcha: & quærebant principes ſacerdotum, & Scribæ, quomodo Ieſum interficerent: timebant verò plebē. Intrauit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur Iſcariotes, vnũ de duodecim. Et abijt,& locutus eſt cũ principibus ſacerdotũ, & magiſtratibus, quemadmodũ illũ traderet eis. Et gauiſi sũt,& pacti ſunt pecuniã illi dare. Et ſpopõdit. Et quærebat opportunitatē vt traderet illũ ſine turbis. Venit aũt dies Azymorũ ĩ qua neceſſe erat occidi Paſcha. Et miſit Petrũ, & Ioannē,dicēs: ✠ Euntes parate nobis paſcha, vt mãducemus. C At illi dixerũt: S Vbi vis paremus? C Et dixit ad eos: ✠ Ecce introeuntibus vobis in ciuitatē, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans: ſequimini eũ in domũ, in

quam

quam intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi Magister: Vbi est diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis mãducẽ? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnũ stratum, & ibi parate. C Eũtes autẽ inuenerunt sicut dixit illis, & parauerũt pascha. Et cùm facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. Et ait illis: ✠ Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscum, antequàm patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. C Et accepto calice, gratias egit, & dixit: ✠ Accipite, & diuidite inter vos. Dico enim vobis quòd non bibã de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. C Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: ✠ Hoc est corpus meũ, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. C Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens: ✠ Hic est calix nouum testamẽtum in sãguine meo, qui pro vobis funde-tur. Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem Filius hominis, secundùm quod definitum

est,

est, vadit: verumtamen væ homini illi: per quem tradetur. ☾Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset. Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis: ✠Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonnè qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat: vos autem estis, qui permansistis mecum in tẽtationibus meis. Et ego dispono vobis: sicut disposuit mihi Pater meus Regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. ☾Ait autem Dominus: ✠Simon, Simon, ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum: ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. ☾Qui dixit ei: S Dñe, tecum paratus sum & in carcerem,

rem, & in mortem ire. C At ille dixit: ✠ Dico tibi Petre, Non cantabit hodie gallus, donec ter abneges noſſe me. C Et dixit eis: ✠ Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamẽtis, numquid aliquid defuit vobis? C At illi dixerũt, S Nihil. C Dixit ergo eis: ✠ Sed nunc, qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram: & qui non habet, vẽdat tunicam ſuam, & emat gladium. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc: quod ſcriptum eſt, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus eſt. Etenim ea, quę ſunt de me, finem habent. C At illi dixerunt: S Domine, ecce duo gladij hìc. C At ille dixit eis: ✠ Satis eſt. C Et egreſſus ibat ſecundùm conſuetudinem in montem Oliuarum. Secuti ſunt autem illum & diſcipuli. Et cùm perueniſſet ad locum, dixit illis: ✠ Orate ne intretis in tentationem. C Et ipſe auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt lapidis: & poſitis genibus orabat, dicens: ✠ Pater ſi vis, transfer calicem iſtum à me: verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat. C Apparuit autem illi Angelus de cælo confortans eum. Et fa-

ctus

ctus in agonia, prolixiùs orabat. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram: Et cùm surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos inuenit eos dormientes præ tristitia. Et ait illis: ✠ Quid dormitis? surgite, orate, nec intretis in tentationem. C Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos: & appropinquauit Iesu vt oscularetur eum. Iesus autem dixit illi: ✠ Iuda, osculo Filium hominis tradis? C Videntes autem, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: S Domine si percutimus in gladio? C Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem Iesus, ait: ✠ Sinite vsque huc. C Et cùm tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit autem Iesus ad eos, qui venerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores: ✠ Quasi ad latronem existis cum gladijs, & fustibus? Cùm

quoti-

quotidie vobiscum fuerim in tēplo, non extendistis manus in me: Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. C Cōprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum: Petrus verò sequebatur à longè. Accenso autem igne in medio atrij, & circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cùm vidisset ancilla quædam sedentem ad lumē, & eum fuisset intuita, dixit. S Et hic cum illo erat. C At ille negauit eum, dicens: S Mulier, non noui illum. C Et post pusillum alius videns eum, dixit: S Et tu de illis es. C Petr⁹ verò ait: S O homo, non sum. C Et interuallo facto quasi horæ vnius, alius quidam affirmabat, dicens: S Verè & hic cum illo erat: nam & Galilęus est. C Et ait Petrus. S Homo nescio quid dicis. C Et continuò adhuc illo loquente cantauit gallus. Et conuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: Quia priusquàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foràs Petrus fleuit amarè. Et viri, qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes. Et velauerunt

eum,

eum, & percutiebant faciem eius : & in-
terrogabant eum, dicentes : S Propheti-
za, quis eſt, qui te percuſſit? C Et alia
multa blaſphemantes dicebant in eum.
Et vt factus eſt dies, conuenerunt ſenio-
res plebis, & principes ſacerdotum, &
Scribæ, & duxerunt illum in concilium
ſuum, dicentes: S Si tu es Chriſtus, dic
nobis. C Et ait illis: ✠ Si vobis dixero,
non credetis mihi: ſi autem & interroga-
uero, non reſpondebitis mihi, neque di-
mittetis. Ex hoc autem erit Filius homi-
nis ſedẽs à dextris virtutis Dei. C Dixe-
rũt autẽ omnes: S Tu ergo es Filius Dei?
C Qui ait: ✠ Vos dicitis, quia ego ſum.
C At illi dixerũt. S Quid adhuc deſidera-
mus teſtimoniũ? ipſi enim audiuimus de
ore eius. C Et ſurgens omnis multitudo
eorum, duxerunt illũ ad Pilatum. Cœpe-
runt autẽ illum accuſare, dicentes: S Hũc
inuenimus ſubuertentẽ gentem noſtram,
& prohibentem tributa dare Cæſari, &
dicẽtem ſe Chriſtum Regem eſſe. C Pila-
tus autem interrogauit eum, dicens: S Tu
es Rex Iudæorum? C At ille reſpondens,
ait: ✠ Tu dicis. C Ait autem Pilatus ad
prin-

principes ſacerdotum, & turbas: S Nihil inuenio cauſæ in hoc homine. C At illi inualeſcebant, dicentes: S Commouet populum docens per vniuerſam Iudæam, incipiens à Galilæa vſque huc. C Pilatus autem audiens Galilęam, interrogauit ſi homo Galilæus eſſet. Et vt cognouit quòd de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodem, qui & ipſe Hieroſolymis erat illis diebus. Herodes autem viſo Ieſu; gauiſus eſt valdè. Erat enim cupiēs ex multo tēpore videre eum, eò quòd audierat multa de eo, & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſpondebat. Stabant autem principes ſacerdotum, & Scribæ conſtanter accuſantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo: & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum. Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die: nam anteà inimici erant adinuicem. Pilatus autem conuocatis principibus ſacerdotum, & magiſtratibus, & plebe, dixit ad illos: S Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentem

popu-

populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inueni in homine isto ex his, in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes: nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. C Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens: S Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. C Qui erat propter seditionem quamdam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem. Iterùm autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum. At illi succlamabant, dicentes: S Crucifige, crucifige eum. C Ille autem tertiò dixit ad illos. S Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis inuenio in eo: corripiam ergo illum, & dimittam. C At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur. Et inualescebant voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidiũ, & seditionem missus fuerat in carcerẽ, quem petebant, Iesum verò tradidit

voluntati eorum. Et cùm ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem veniētem de villa: & imposuerunt illi crucē portare post Iesum. Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierū: quæ plangebant, & lamentabātur eum. Conuersus autē ad illas Iesus, dixit: ✠ Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres, qui non genuerunt, & vbera, quę non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos. Et collibus: Operite nos. Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? C Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur. Et postquàm venerunt in locum, qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum: & Latrones, vnum à dextris, & alterum à sinistris. Iesus autem dicebat: ✠ Pater dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. C Diuidentes verò vestimenta eius, miserunt sortes. Et stabat populus spectans, & deridebant eum principes cum eis, dicentes: S Alios

salnos

saluos fecit: se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. C Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes: S Si tu es Rex Iudæorum saluum te fac. C Erat autem & superscriptio scripta super eum litteris Græcis, & Latinis, & Hebraicis: Hic est Rex Iudæorum. Vnus autem de his, qui pendebant, Latronibus, blasphemabat eum, dicens: S Si tu es Christus, saluum fac temetipsum, & nos. C Respondens autem alter increpabat eum, dicens: S Neque tu times Deum, quòd in eadem damnatione es. Et nos quidem iustè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. C Et dicebat ad Iesum: S Domine, memento mei, cùm veneris in regnum tuum. C Et dixit illi Iesus: ✠ Amen dico tibi: Hodie mecum eris in Paradiso. C Erat autem ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque in horā nonam. Et obscuratus est sol: & velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna Iesus, ait: ✠ Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.

C Et hæc dicens, expirauit. Hic genuflectitur, & pausatur aliquantulum. Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens: S Verè hic homo iustus erat. C Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longè: & mulieres, quæ secutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes.

Quod sequitur, legitur in tono Euangelij, & alia fiunt vt suprà in Dominica.

ET ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus, & iustus: hic nõ consenserat consilio, & actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu: & depositum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat.

Offert. Psal. 101. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te perueniat: ne auertas faciem tuam à me.

Communio. Psalm. 101. Potum meum cum

cum fletu temperabam, quia eleuans allisisti me: & ego sicut fœnum arui: tu autem Domine in æternum permanes: tu exurgens misereberis Sion, quia venit tempus miserendi eius.

Postcommunio.

LArgire sensibus nostris omnipotens Deus: vt, per temporalem Filij tui mortem, quam mysteria veneranda testantur, vitam te nobis dedisse perpetuam confidamus. Per eumdem,

Posteà vel Quæsumus Domine. vel Hæc nos, quæsumus. fol. 51.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

REspice, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum. Qui tecum viuit & regnat.

Il seguente Matutino con le sue Laudi si dice il Mercordì Santo da sera per il Giouedì.

PP Eremitarum Camaldulensium

FERIA QVINTA in Cœna Domini.

Per tre giorni ſanta Chieſa, tutta meſta celebra l'eſſequie del Redentor del mondo, perche tre giorni egli ſtete nel ſepolcro. Comincia vn giorno prima per eſſer nel ſabbato occupata à celebrar il miſterio della ſanta Reſurrettione.

AD MATVTINVM.

Tribus ſequẽtibus diebus dicto ſecretò, Pater noſter, Aue Maria, & ad Matutinum, & in principio Primæ, Credo, omnibus alijs prætermiſſis, abſolutè incipitur Officium ad Matutinum, & Veſperas ab Antiphona primi Pſalmi: & Antiphonæ duplicantur, ſicut in Feſto duplici.

In fine Pſalmorum non dicitur Gloria Patri. per omnes Horas, nec in Reſponſ. & in fine cuiuslibet Pſalmi ad Matutinum extinguitur vna ex quindecim candelis poſitis in candelabro triangulari ante Altare,

Eſſen-

Essendosi il benedetto Christo volontariamente offerto per noi nelle mani de' Giudei ad esser da loro in questi giorni beffato, flagellato, e crocifisso: perciò santa Chiesa hà ordinato vn Vfficio molto mesto, compassioneuole, & lagrimoso, e molto da quello differente, che si recita ne gli altri giorni, e tempi dell'anno: imperoche il Matutino, e l'altre hore Canoniche di questi tre giorni sono recitate senza principij, senza gli Hinni, e senza i loro fini ordinarij; e'l tutto per accennare, che muore Christo, il quale è principio, e fine di tutte le cose.

Non si dice, Domine labia mea, &c. *nè* Deus in adiutorium, &c. *perche dagli empij è stato tolto dal mondo quegli, da cui ogni attione cominciar si deue, & è morto chi solamente ci può dare aiuto.*

Si tace l'Inuitatorio, per detestare l'empio, e maluagio consiglio de gli Hebrei, nel quale si trattò di dar morte al benedetto Christo.

Si passano con silentio per tutte le Hore gli Hinni, che sono lodi, che si cantano à Dio, perche all'hora il Saluator del Mondo sogetto d'ogni lode, è diuenuto fauola del volgo, e scherno della plebe.

Si cantano ài Matutini di queste tre sere,

noue Salmi, noue Lettioni, e noue Responsorij, cioè trè per ciaschedun Notturno, per dimostrare, che Christo morì per tre stati di persone, cioè per i Vergini, per li Maritati, e per le Vedoue.

Si tace il Gloria Patri, *per significare, che nella Passione del benedetto Christo la Maestà, e grandezza della sua gloria si ascose.*

Le quindeci candele, che si accendono, significano li dodeci Apostoli, e le tre Marie,

Si estingono ad vna ad vna nel fine di ciaschedun Salmo, perche gli Apostoli, e le Marie à poco à poco s'andarono dilungando dal benedetto Christo nel tempo della sua Passione.

L'vltima, che non si estingue, ma si asconde, e poi veder si lascia dal popolo, accenna la Beata Vergine, la quale fù sempre salda, e constante nella fede.

Si comincia il Matutino dall'Antiphona. Zelus domus tuæ, *per dimostrare, che Christo morì per lo suiscerato amore, che portaua alla sua Chiesa, & al genere humano.*

In primo Nocturno, Antiphona.

Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. **Psalmus 68.**

Saluum

SAluum me fac Deus : * quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam.
Infixus ſum in limo profundi : * & non eſt ſubſtantia.
Veni in altitudinem maris : * & tempeſtas demerſit me.
Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ : * defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deum meum.
Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, * qui oderunt me gratis.
Confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſtè : * quæ non rapui, tunc exoluebam.
Deus tu ſcis inſipientiam meam : * & delicta mea à te non ſunt abſcondita.
Non erubeſcant in me qui expectant te Domine, * Domine virtutum.
Non confundantur ſuper me * qui quærunt te, Deus Iſrael.
Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium : * operuit confuſio faciem meam,
Extraneus factus ſum fratribus meis : * & peregrinus filijs matris meæ.
Quoniã zelus domus tuæ comedit me : * & op-

& opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.
Et operui in ieiunio animã meam: * & factum est in opprobrium mihi.
Et posui vestimentum meum ciliciũ: * & factus sum illis in parabolam.
Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta: * & in me psallebant qui bibebant vinum.
Ego verò orationem meam ad te Domine: * tempus beneplaciti Deus.
In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, * in veritate salutis tuæ.
Eripe me de luto, vt non infigar: * libera me ab ijs, qui oderunt me, & de profundis aquarum.
Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum: * neque vrgeat super me puteus os suum.
Exaudi me Domine; quoniam benigna est misericordia tua: * secundùm multitudinem miserationum tuarum respice in me.
Et ne auertas faciem tuam à puero tuo, * quoniam tribulor, velociter exaudi me.
Intende animæ meæ, & libera eam: * pro-

propter inimicos meos eripe me.
Tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam, *& reuerentiam meam.
In conſpectu tuo ſunt omnes, qui tribulant me, * improperium expectauit cor meum, & miſeriam.
Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit: *& qui conſolaretur, & non inueni.
Et dederunt in eſcam meam fel: * & in ſiti mea potauerunt me aceto.
Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, * & in retributiones, & in ſcandalum.
Obſcurentur oculi eorum ne videant: * & dorſum eorum ſemper incurua.
Effunde ſuper eos iram tuam: * & furor iræ tuæ comprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deſerta: * & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet.
Quoniam quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt: * & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.
Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum: * & non intrent in iuſtitiam tuã.
Deleantur de libro viuentium: * &

cum

cum iustis non scribantur.
Ego sum pauper & dolens: * salus tua Deus suscepit me.
Laudabo nomen Dei cum cantico: * & magnificabo eum in laude.
Et placebit Deo super vitulum nouellum: * cornua producentem & vngulas.
Videant pauperes & lætentur: * quærite Deum, & viuet anima vestra:
Quoniam exaudiuit pauperes Domin⁹: * & vinctos suos non despexit.
Laudent illum cæli & terra, * mare, & omnia reptilia in eis.
Quoniam Deus saluam faciet Sion: * & ædificabuntur ciuitates Iuda.
Et inhabitabunt ibi, * & hereditate acquirent eam.
Et semen seruorum eius possidebit eã, * & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.
Antiphona. Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.
Aña. Auertantur retrorsum, & erubescant, qui cogitant mihi mala. Psalm. 69.
Deus

DEus in adiutorium meum intende: * Domine ad adiuuandum me festina.

Confundantur, & reuereantur, * qui quærunt animam meam.

Auertantur retrorsum, & erubescant, * qui volunt mihi mala:

Auertantur statim erubescentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes, qui quærunt te, * & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.

Ego verò egenus, & pauper sum: * Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu: * Domine ne moreris.

Antiphona. Auertantur retrorsum, & erubescant, qui cogitant mihi mala.

Antiphona. Deus meus eripe me de manu peccatoris. Psalmus 70.

IN te Domine speraui, non confundar in æternum: * in iustitia tua libera me, & eripe me.

Inclina ad me aurem tuam, * & salua me.

I sto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: * vt saluum me facias.
Quoniam firmamentum meum, * & refugium meum es tu.
Deus meus eripe me de manu peccatoris, * & de manu contra legem agentis, & iniqui:
Quoniam tu es patientia mea Domine: * Domine spes mea à iuuentute mea.
In te confirmatus sum ex vtero: * de ventre matris meæ tu es protector meus:
In te cantatio mea semper: * tamquàm prodigium factus sum multis: & tu adiutor fortis.
Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam: * tota die magnitudinem tuam.
Ne proijcias me in tempore senectutis: * cùm defecerit virtus mea: ne derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei mihi: * & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum,
Dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini: & comprehendite eum: * quia non est qui eripiat.

Deus

Deus ne elongeris à me : * Deus meus in auxilium meum respice.
Confundantur, & deficiant detrahentes animæ meæ: * operiantur confusione, & pudore qui quærunt mala mihi.
Ego autem semper sperabo: * & adijciam super omnem laudem tuam.
Os meum annunciabit iustitiam tuam: * tota die salutare tuum.
Quoniam non cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini: * Domine memorabor iustitiæ tuæ solius.
Deus docuisti me à iuuentute mea: * & vsque nunc pronunciabo mirabilia tua.
Et vsque in senectam & senium: * Deus ne derelinquas me,
Donec annunciem brachium tuum * generationi omni, quæ ventura est.
Potentiam tuam, & iustitiam tuam Deus vsque in altissima, quæ fecisti magnalia: * Deus quis similis tibi?
Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas: & conuersus viuificasti me: * & de abyssis terræ iterùm reduxisti me:
Multiplicasti magnificentiam tuam: * & con-

conuerſus conſolatus es me.
Nam & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem tuam: * Deus pſallam tibi in cithara, ſanctus Iſrael.
Exultabunt labia mea cùm cantauero tibi: * & anima mea, quam redemiſti.
Sed & lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam: * cùm confuſi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.
Añ. Deus meus eripe me de manu peccatoris. ℣. Auertantur retrorſum, & erubeſcant. ℟. Qui cogitant mihi mala.
Hoc triduo poſt Verſic. Noctur dicitur ſecretò, Pater noſter. nec pronunciatur. Et ne nos. nec dicitur Abſolutio, neque dantur Benedictiones ante Lect. In fine Lectionum non dicitur, Tu autem, ſed primæ tres Lect. Ierem. terminantur vt infrà.
Pianſe Gieremia Profeta con molti gemiti, e ſingulti la rouina, e deſtruttione di Gieruſalem, e la cattiuità del ſuo popolo condotto dal Rè Nabucdonoſor in Babilonia: e Santa Chieſa con le medeſime parole piange amaramente la morte di Chriſto, e la durezza dell'Hebraiſmo, come già la pianſe in S. Luca
al

al decimonono capo, qual'hora preuide la total destruttione, che di quella far douean Tito, e Vespasiano per l'atroce, & ignominiosa morte, che diede à lui, ch'era Figliuol di Dio.

Quattro sono le cagioni, perche si frapongono le lettere dell'Alfabeto Hebreo nelle Lettioni di Gieremia. La prima: perche era costume frà gli Hebrei di porle in tutte le loro canzoni, ò fossero di mestitia, ò d'allegrezza. La seconda: perche i Versi, a i quali sono esse lettere nelle Lamentationi anteposte, nell'Idioma Hebraico dalle medesime lettere incominciano. La terza: perche la lettera anteposta al Versetto, ò Periodo, contiene in sè il significato del Versetto intiero. La quarta: per dimostrare la cecità degli Hebrei; la loro durezza, che non vogliono credere, nè conoscere le attioni di Christo, assai più note del loro Alfabeto. Si dice il Pater noster, tutto secreto, perche essendo tolto dall'Euangelio, per la presa di Christo, e fugga de gli Apostoli, più non si sentiua.

Non si chiede la Benedittione, nè si dice, Tu autem Domine, perche è morto il gran Sacerdote Christo, da cui solo dobbiamo aspettare, e la benedittione, e la misericordia. Le tre prime Lettioni si conchiudono con il Verso,

Ierusalē, Ierusalē, *volendo con questo la Chiesa inuitarci alla penitenza, & al ritorno à Dio.*

Incipit lamentatio Ieremiæ Prophetæ.

Lectio j. Aleph.

QVomodo sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua domina Gentium: princeps prouinciarum facta est sub tributo. Beth. Plorans plorauit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius: nō est qui consoletur eam ex omnibus caris eius: omnes amici eius spreuerunt eā: & facti sunt ei inimici. Ghimel. Migrauit Iudas propter afflictionē, & multitudinē seruitutis: habitauit inter Gentes: nec inuenit requiem: omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. Daleth. Viæ Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem: omnes portæ eius destructæ, sacerdotes eius gementes, virgines eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine. He. Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt: quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius: paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.

Leru-

Ierusalem, Ierusalem, conuertere ad Dominum Deum tuum.

Sic terminantur Lectiones de Lamentationibus in hoc triduo.

℟. In monte Oliueti orauit ad Patrem: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste: * Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. ℣. Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus.

Lectio ij. Vau.

ET egressus est à filia Sion omnis decor eius: facti sunt principes eius velut arietes non inueniẽtes pascua, & abierunt absq; fortitudine ante faciem subsequentis. Zain. Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suæ, & præuaricationis omnium desiderabilium suorũ, quæ habuerat à diebus antiquis, cùm caderet populus eius in manu hostili, & non esset auxiliator: viderunt eam hostes, & deriserunt Sabbata eius. Heth. Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est: omnes, qui glorificabant eam spreuerunt illã, quia viderũt ignominiam eius: ipsa autem gemens conuersa est retrorsum. Teth. Sordes

eius in pedibus eius, nec recordata eſt finis ſui: depoſita eſt vehementer, non habens conſolatorem: vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus eſt inimicus. Ieruſalem, Ieruſalem, conuertere ad Dominum Deum tuum.

℟. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: ſuſtinete hic, & vigilate mecum: nunc videbitis turbam, quæ circumdabit me: * Vos fugam capietis, & ego vadam immolari pro vobis.

℣. Ecce appropinquat hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Vos fugam.

Lectio iij. Iod.

MAnum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius: quia vidit Gentes ingreſſas Sanctuarium ſuum, de quibus præceperas ne intrarent in Eccleſiam tuam. Caph. Omnis populus eius gemens, & quærens panem: dederunt pretioſa quæque pro cibo ab refocillandam animam. Vide Domine, & conſidera, quoniam facta ſum vilis. Lamed. O vos omnes, qui tranſitis per viã, attendite, & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus: quoniã vinde-

vindemiauit me, vt locutus eſt Dominus in die iræ furoris ſui. Mem. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorſum: poſuit me deſolatam, tota die mærore confectam. Nun. Vigilauit iugum iniquitatum mearum: in manu eius conuolutæ ſunt, & impoſitæ collo meo: infirmata eſt virtus mea: dedit me Dominus in manu, de qua non potero ſurgere. Ierusalem, Ieruſalem, conuertere ad Dominum Deum tuum.

℞. Ecce vidimus eum non habẽtem ſpeciem, neque decorem: aſpectus eius in eo non eſt: hic peccata noſtra portauit, & pro nobis dolet: ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: * Cuius liuore ſanati ſumus. ℣. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Cuius liuore. Ecce vidimus.

In ſecundo Nocturno, Antiphona.

Liberauit Dominus pauperem à potente, & inopem, cui non erat adiutor.

Pſalmus 71.

DEus iudicium tuum regi da: * & iuſtitiam tuam filio regis:

Iudicare populum tuum in iustitia, * & pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem populo : * & colles iustitiam.
Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum ; * & humiliabit calumniatorem.
Et permanebit cũ Sole,& ante Lunam, * in generatione & generationem.
Descendet sicut pluuia in vellus : * & sicut stillicidia stillantia super terram.
Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis:* donec auferatur luna.
Et dominabitur à mari vsque ad mare:* & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procident Æthiopes : * & inimici eius terram lingent.
Reges Tharsis, & insulæ munera offerent ; * reges Arabum, & Saba dona adducent :
Et adorabunt eum omnes reges terræ : * omnes Gentes seruient ei.
Quia liberabit pauperem à potente : * & pauperem, cui non erat adiutor.
Parcet pauperi & inopi :* & animas pauperum

perum ſaluas faciet.

Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum: * & honorabile nomen eorum coram illo.

Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipſo ſemper: * tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in ſummis montium, ſuperextolletur ſuper Libanum fructus eius: * & florebunt de ciuitate ſicut fœnum terræ.

Sit nomen eius benedictum in ſæcula: * ante Solem permanet nomen eius.

Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ: * omnes Gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Iſrael, * qui facit mirabilia ſolus:

Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum:* & replebitur maieſtate eius omnis terra: fiat, fiat.

Aña. Liberauit Dominus pauperem à potente, & inopem, cui non erat adiutor.

Antiphona. Cogitauerunt impij, & locuti ſunt nequitiam: iniquitatem in excelſo locuti ſunt.

Pſalmus 72.

QVàm bonus Iſrael Deus * his, qui recto ſunt corde!
Mei autem penè moti ſunt pedes: * penè effuſi ſunt greſſus mei.
Quia zelaui ſuper iniquos, * pacem peccatorum videns.
Quia non eſt reſpectus morti eorum: * & firmamentum in plaga eorum.
In labore hominum non ſunt, * & cum hominibus non flagellabuntur:
Ideò tenuit eos ſuperbia, * operti ſunt iniquitate & impietate ſua.
Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum: * tranſierunt in affectum cordis.
Cogitauerunt, & locuti ſunt nequitiã: * iniquitatem in excelſo locuti ſunt.
Poſuerunt in cælum os ſuum: * & lingua eorum tranſiuit in terra.
Ideò conuertetur populus meus hic: * & dies pleni inuenientur in eis.
Et dixerunt: Quomodo ſcit Deus, * & ſi eſt ſcientia in excelſo?
Ecce ipſi peccatores, & abundantes in ſæculo, * obtinuerunt diuitias.
Et dixi: Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum, * & laui inter innocentes manus

nus

nus meas.
Et fui flagellatus tota die, * & caſtigatio mea in matutinis.
Si dicebam: Narrabo ſic: * ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.
Exiſtimabam vt cognoſcerem hoc, * labor eſt ante me.
Donec intrem in ſanctuarium Dei: * & intelligam in nouiſſimis eorum.
Veruntamen propter dolos poſuiſti eis: * deieciſti eos dùm alleuarentur.
Quomodo facti ſunt in deſolationem, ſubitò defecerunt: * perierunt propter iniquitatem ſuam.
Velut ſomnium ſurgentium Domine; * in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges.
Quia inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt: * & ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui.
Vt iumentum factus ſum apud te: * & ego ſemper tecum.
Tenuiſti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxiſti me: * & cum gloria ſuſcepiſti me.
Quid enim mihi eſt in cælo? * & à te quid

volui

volui super terram?

Defecit caro mea, & cor meum: * Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Quia ecce, qui elongant se à te peribunt: * perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.

Mihi autem adhærere Deo bonum est: * ponere in Domino Deo spem meam:

Vt annuntiem omnes prædicationes tuas, * in portis filiæ Sion.

Antiphona. Cogitauerunt impij, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt.

Antiphona. Exurge Domine, & iudica causam meam. Psalmus 73.

VT quid Deus repulisti in finem: * iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ?

Memor esto congregationis tuæ: * quam possedisti ab initio.

Redemisti virgam hereditatis tuæ: * mons Sion, in quo habitasti in eo.

Leua manus tuas in superbias eorum in finem: * quanta malignatus est inimicus in sancto?

Et gloriati sunt qui oderunt te: * in medio solemnitatis tuæ.
Posuerũt signa sua, signa: * & non cognouerunt sicut in exitu super summum.
Quasi in sylua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: * in securi, & ascia deiecerunt eam.
Incenderunt igni Sanctuarium tuum: * in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.
Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: * Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.
Signa nostra non vidimus, iam non est propheta: * & nos nõ cognoscet ampliùs.
Vsquequò Deus improperabit inimicus: * irritat aduersarius nomen tuum in finem?
Vt quid auertis manum tuã, & dexteram tuam, * de medio sinu tuo in finem?
Deus autem rex noster ante sæcula: * operatus est salutem in medio terræ.
Tu confirmasti in virtute tua mare: * contribulasti capita draconum in aquis.
Tu confregisti capita draconis: * dedisti eum escam populis Æthiopum.

Tu dirupisti fontes & torrentes:* tu siccasti fluuios Æthan.

Tuus est dies, & tua est nox : * tu fabricatus es auroram & Solem.

Tu fecisti omnes terminos terræ: * æstatem & ver tu plasmasti ea.

Memor esto huius, inimicus improperauit Domino : * & populus insipiens incitauit nomen tuum.

Ne tradas bestijs animas confitentes tibi, * & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.

Respice in testamentum tuum : * quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.

Ne auertatur humilis factus confusus:* pauper & inops laudabunt nomen tuum.

Exurge Deus, iudica causam tuam: * memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die.

Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum : * superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

Aña. Exurge Domine, & iudica causam meam. ℣. Deus meus eripe me de manu pecca-

peccatoris. ℞ Et de manu contra legem agentis, & iniqui. Pater noster.

Contengono le tre seguenti lettioni l'aspra passione, e morte del figliuol di Dio, descritta dal Reggio Profeta ne' suoi Salmi secondo l'espositione di S. Agostino.

Ex tractatu S. Augustini Episcopi super Psalmos.

In Psal. 54. ad 1. vers. Lectio iiij.

EXaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. Satagentis, soliciti, in tribulatione positi, verba sunt ista. Orat multa patiens, de malo liberari desiderans. Superest vt videamus in quo malo sit: & cùm dicere cæperit, agnoscamus ibi nos esse: vt communicata tribulatione, coniungamus orationem. Contristatus sum, inquit, in exercitatione mea, & conturbatus sum. Vbi contristatus? vbi conturbatus? In exercitatione mea, inquit. Homines malos, quos patitur, commemoratus est: eamdemque passionem malorum hominum exercitationem suã dixit: Ne putetis gratis esse malos in hoc mũdo: & nihil boni

de

de illis agere Deum. Omnis malus aut ideò viuit, vt corrigatur: aut ideò viuit, vt per illum bonus exerceatur.
℞. Amicus meus osculi me tradidit signo: quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum: hoc malum fecit signum, qui per osculum adimpleuit homicidium. * Infelix prætermisit pretium sanguinis, & in fine laqueo se suspendit.
℣. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Infelix. Lectio v.
VTinam ergo qui nos modo exercent, conuertantur, & nobiscum exerceãtur: tamen quamdiù ita sunt vt exerceãt non eos oderimus: quia in eo, quod malus est quis eorum, vtrum vsq. in finem perseueraturus sit, ignoramus. Et plerumque cùm tibi videris odisse inimicũ, fratrem odisti, & nescis. Diabolus, & angeli eius in Scripturis sanctis manifestati sũt nobis, quòd ad ignem æternum sint destinati. Ipsorũ tantùm desperanda est correctio, contra quos habemus occultam luctam: ad quam luctam nos armat Apostolus, dicens: Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem: idest, non aduer-

aduerſus homines, quos videtis; ſed aduerſus principes, & poteſtates, & rectores mundi, tenebrarum harum. Ne fortè cùm dixiſſet mūdi, intelligeres dæmones eſſe rectores cæli & terræ. Mundi dixit, tenebrarum harum: mundi dixit, amatorum mundi: mundi dixit impiorum & iniquorū: mundi dixit, de quo dicit Euangelium: Et mundus eum non cognouit.
℟. Iudas mercator peſſimus oſculo, petijt Dominum: ille vt agnus innocens non negauit Iudæ oſculum: * Denariorū numero Chriſtum Iudæis tradidit.
℣. Melius illi erat, ſi natus non fuiſſet. Denariorum.

Lectio vj.

QVoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate. Attende gloriam crucis ipſius. Iam in fronte regum crux illa fixa eſt, cui inimici inſultauerūt. Effectus probauit virtutem: domuit orbē non ferro, ſed ligno. Lignum crucis contumelijs dignum viſum eſt inimicis, & ante ipſum lignū ſtantes caput agitabant, & dicebāt: Si Filius Dei eſt, deſcendat de cruce. Extendebat ille manus ſuas ad populum non credentem, & contradicentem.

Si enim iustus est, qui ex fide viuit, iniquus est, qui non habet fidem. Quod ergo hic ait, iniquitatem, perfidiam intellige. Videbat ergo Dominus in ciuitate iniquitatem & contradictionem, & extendebatur manus suas ad populum non credentem, & contradicentem: & tamen & ipsos expectans dicebat: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.

℟. Vnus ex discipulis meis tradet me hodie: Væ illi per quem tradar ego:* Melius illi erat, si natus non fuisset.

℣. Qui intingit mecum manū in paropside, hic me traditurus est in manus peccatorum. Melius illi. Vnus ex discipulis.

In tertio Nocturno, Antiphona.

Dixi iniquis, Nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.

Psalmus 74.

Confitebimur tibi Deus: * confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua: * cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo.

Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: * ego confirmaui columnas eius.

Dixi

Dixi iniquis : Nolite iniquè agere :* & delinquentibus : Nolite exaltare cornu :
Nolite extollere in altum cornu veſtrũ:* nolite loqui aduerſus Deum iniquitatẽ.
Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à deſertis montibus :* quoniam Deus iudex eſt.
Hunc humiliat, & hunc exaltat :* quia calix in manu Domini vini meri plenus miſto.
Et inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen fex eius non eſt exinanita :* bibent omnes peccatores terræ.
Ego autem annunciabo in ſæculum :* cantabo Deo Iacob.
Et omnia cornua peccatorum confringam :* & exaltabuntur cornua iuſti.
Antiphona. Dixi iniquis, Nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem.
Aña. Terra tremuit & quieuit, dum exurgeret in iudicio Deus. Pſalmus 75.
NOtus in Iudæa Deus :* in Iſrael magnum nomen eius.
Et factus eſt in pace locus eius :* & habitatio eius in Sion.
Ibi confregit potẽtias arcuum:* ſcutum,

gladium, & bellum.
Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: * turbati ſunt omnes inſipientes corde.
Dormierunt ſomnum ſuum: * & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.
Ab increpatione tua Deus Iacob: * dormitauerunt qui aſcenderunt equos.
Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? * ex tunc ira tua.
De cælo auditum feciſti iudicium: * terra tremuit & quieuit.
Cùm exurgeret in iudicium Deus, * vt ſaluos faceret omnes manſuetos terræ.
Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: * & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi.
Vouete, & reddite Domino Deo veſtro: * omnes, qui in circuitu eius affertis munera.
Terribili & ei qui aufert ſpiritum principum, * terribili apud reges terræ.
Antiphona. Terra tremuit & quieuit, dum exurgeret in iudicio Deus.
Ana. In die tribulationis meę Deum exqui-

quisiui manibus meis. Psalmus 76.

V Oce mea ad Dominum clamaui: * voce mea ad Deum, & intendit mihi.

In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum: * & non sum deceptus.

Renuit consolari anima mea, * memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum: & defecit spiritus meus.

Anticipauerunt vigilias oculi mei: * turbatus sum: & non sum locutus.

Cogitaui dies antiquos: * & annos æternos in mente habui.

Et meditatus sum nocte cum corde meo, * & exercitabar, & scopebam spiritum meum.

Numquid in ęternum proijciet Deus: * aut non apponet vt complacitior sit adhuc?

Aut in finem misericordiam suã abscindet, * à generatione in generationem?

Aut obliuiscetur misereri Deus? * aut continebit in ira sua misericordias suas?

Et dixi, Nunc cœpi: * hæc mutatio dexteræ Excelsi.

Memor fui operum Domini ;* quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor in omnibus operib⁹ tuis:* & in adinuentionibus tuis exercebor.
Deus in sãcto via tua? quis Deus magnus ſicut Deus noſter? *tu es Deus qui facis mirabilia.
Notam feciſti in populis virtutem tuã:* redemiſti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob. & Ioſeph.
Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ:* & timuerũt,& turbatę ſunt abyſſi.
Multitudo ſonitus aquarum : * vocem dederunt nubes.
Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt:* vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terrę:* commota eſt & contremuit terra.
In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis : * & veſtigia tua non cognoſcentur.
Deduxiſti ſicut oues populum tuum,* in manu Moyſi & Aaron.
Antiphona In die tribulationis meæ Deum exquiſiui manibus meis.
℣ Exurge Domine. ℟ Et iudica cauſam

meam.

meam, Pater noster.

LE tre seguenti Lettioni contengono il modo col quale si deue degnamente riceuere il Santissimo Sacramento dell'Altare, trattandosi della Cena, che fece il benedetto Christo con gli Apostoli, nella quale s'impose fine alli sacrifici della legge vecchia, e si diede principio à quelli della nuoua.

De Epist. j. Beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Lectio vij. Cap. 11.

HOc autem præcipio: non laudans quod non in melius, sed in deterius conuenitis. Primùm quidem conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nã oportet & hęreses esse, vt & qui probati sunt manifesti fiant in vobis: Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est Dominicam cœnam manducare. Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quid dico vobis? Laudo vos? in hoc non laudo.

℟. Eram quaſi agnus innocens : ductus ſum ad immolandum, & neſciebam:conſilium fecerunt inimici mei aduerſum me,dicentes : * Venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium. ℣. Omnes inimici mei aduerſum me cogitabant mala mihi : verbum iniquum mandauerunt aduerſum me, dicentes . Venite. Lectio viij.

EGo enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit:Accipite , & manducate : hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur : hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, poſtquam cœnauit, dicens : Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine . Hoc facite quotieſcumque bibetis , in meam commemorationem . Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis : mortem Domini annunciabitis, donec veniat. ℟. Vna hora non poteſtis vigilare mecum , qui exhortabamini mori pro me ? * Vel Iudam non videtis, quo-

modo

modo non dormit, sed festinat tradere me Iudæis. ℣. Quid dormitis? surgite & orate, ne intretis in tentationem. Vel Iudam.

Lectio ix.

ITaque quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis, & sanguinis Domini. Probet autē seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, non dijudicās corpus Domini. Ideò inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Quòd si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autem, à Dño corripimur, vt nō cū hoc mundo dānemur. Itaque fratres mei, cū conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet, vt non in iudicium conueniatis, Cetera autē, cum venero, dispona. ℟. Seniores populi cōsilium fecerunt, * Vt Iesum dolo tenerent, & occiderent: cum gladijs & fustibus exierunt tamquàm ad latronem. ℣. Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium. Vt Iesum. Seniores.

AD LAVDES,

Antiphona.

IVstificeris Domine in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Psalmus 50.

MIserere mei Deus, * secundùm magnam misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: * & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatẽ meã ego cognosco:* & peccatum meum contra me est sẽper.

Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: * vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: * lauabis me, & super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium& lętitiam:* & exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam à peccatis meis: * &

& omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me Deus: * & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.
Ne proijcias me à facie tua: * & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.
Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: * & ſpiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: * & impij ad te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: * & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.
Domine, labia mea aperies: * & os meum annunciabit laudem tuam.
Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtique: * holocauſtis non delectaberis.
Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: * cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.
Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: * vt ędificentur muri Ieruſalem.
Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta: * tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Añã.

Aña. Iuſtificeris Domine in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.
Antiphona. Dominus tamquã ouis ad victimam ductus eſt, & non aperuit os ſuum. Pſalmus 89.
DOmine refugium factus es nobis :* à generatione in generationem.
Priuſquàm montes fierent, aut formaretur terra, & orbis :* à ſeculo & vſque in ſæculum tu es Deus.
Ne auertas hominem in humilitatem :* & dixiſti : Conuertimini filij hominum.
Quoniam mille anni ante oculos tuos,* tamquàm dies heſterna, quæ præterijt.
Et cuſtodia in nocte, * quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.
Manè ſicut herba tranſeat, manè floreat, & tranſeat :* veſperè decidat induret, & areſcat.
Quia defecimus in ira tua,* & in furore tuo turbati ſumus.
Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo:* ſæculum noſtrum in illuminatione vultus tui.
Quoniam omnes dies noſtri defecerunt:* & in ira tua defecimus.
Anni

Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur:* dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni.
Si autem in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum, labor & dolor.
Quoniam ſuperuenit manſuetudo: * & corripiemur.
Quis nouit poteſtatem iræ tuæ: * & præ timore tuo iram tuam dinumerare?
Dexteram tuam ſic notam fac: * & eruditos corde in ſapientia.
Conuertere Domine vſquequò? * & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.
Repleti ſumus manè miſericordia tua: * & exultauimus, & delectati ſumus omnibus diebus noſtris.
Lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti: * annis, quibus vidimus mala.
Reſpice in ſeruos tuos, & in opera tua:* & dirige filios eorum.
Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos: * & opus manuum noſtrarum dirige. Antiphona. Dominus tanquàm ouis ad victimam ductus eſt, & non aperuit os ſuum. Antiphona. Cõtri-

tum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea. Psalmus 62.

DEus Deus meus * ad te de luce vigilo.

Sitiuit in te anima mea, * quàm multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, & inuia, & inaquosa: * sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniã melior est misericordia tua super vitas: * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: * & in nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: * & labijs exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te; * quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: * me suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: * tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.

Rex

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo: * quia obstructum est os loquentium iniqua. Psal. 66.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: * illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent Gentes: * quoniam iudicas populos in æquitate, & Gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: * & metuant eum omnes fines terræ.

Aña. Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea.

Aña. Exhortatus es in virtute tua, & in refectione sancta tua Domine.

Canticum Moysi. Exod. 15.

CAntemus Dño: gloriosè enim magnificatus est, * equum & ascensórem

rem deiecit in mare.
F ortitudo mea, & laus mea Dñs, * & factus est mihi in salutem:
I ste Deus meus, & glorificabo eum: * Deus patris mei: & exaltabo eum.
D ñs quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. * Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare:
E lecti principes eius submersi sunt in mari rubro. * Abyssi operuerunt eos: descenderunt in profundum quasi lapis.
D extera tua Domine magnificata est in fortitudine: dextera tua Domine percussit inimicum. * Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios tuos:
M isisti iram tuam, quæ deuorauit eos sicut stipulam. * Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ:
S tetit vnda fluens,*congregatę sunt abyssi in medio mari.
D ixit inimicus:Persequar & comprehendam, * diuidam spolia, implebitur anima mea:
E uaginabo gladium meum, * interficiet eos manus mea.
F lauit spiritus tuus, & operuit eos mare: *

re : * submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus Domine? * quis similis tui magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis & faciens mirabilia?

Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra. * Dux fuisti in misericordia tua populo, quem redemisti.

Et portasti eum in fortitudine tua, * ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt populi, & irati sunt: * dolores obtinuerunt habitatores Philisthijm.

Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: * obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido, & pauor, * in magnitudine brachij tui:

Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus Domine, * donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti.

Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tuæ, * firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine:

San-

Sanctuarium tuum Domine quod firmauerunt manus tuæ: * Dominus regnabit in æternum & vltrà.

Ingressus est enim eques Pharao cum curribus & equitibus eius in mare: & reduxit super eos Dominus aquas maris:

Filij autem Israel ambulauerunt per siccum * in medio eius.

Aña. Exhortatus es in virtute tua, & in refectione sancta tua Domine.

Aña. Oblatus est quia ipse voluit, & peccata nostra ipse portauit. Psalmus 148.

LAudate Dominum de cęlis: * laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli eius: * laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum sol & luna: * laudate eum omnes stellæ, & lumen.

Laudate eum cæli cælorum: * & aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandauit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi, * præceptum posuit, & non præteribit.

Lau-

Laudate Dominum de terra: * dracones, & omnes abyſſi.
Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum:* quæ faciunt verbum eius:
Montes, & omnes colles:*ligna fructifera, & omnes cedri.
Beſtiæ, & vniuerſa pecora:*ſerpentes, & volucres pennatæ:
Reges terræ, & omnes populi:*principes & omnes iudices terræ.
Iuuenes, & virgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen Domini: * quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.
Confeſſio eius ſuper cælum, & terram: * & exaltauit cornu populi ſui.
Hymnus omnibus ſanctis eius:* filijs Iſrael, populo appropinquanti ſibi.

Pſalmus 149.

CAntate Domino canticum nouum :* laus eius in eccleſia ſanctorum.
Lætetur Iſrael in eo, qui fecit eum: * & filij Sion exultent in rege ſuo.
Laudent nomen eius in choro:* in tympano, & pſalterio pſallant ei:
Quia beneplacitũ eſt Domino in populo ſuo:* & exaltabit manſuetos in ſalutem.

Exultabunt sancti in gloria:*lætabuntur in cubilibus suis,
Exaltationes Dei in gutture eorum:* & gladij ancipites in manibus eorum:
Ad faciēdam vindictam in nationibus:* increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in compedibus:* & nobiles eorū in manicis ferreis.
Vt faciant in eis iudicium cōscriptum:* gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Psalmus 150.

LAudate Dominum in sanctis eius:* laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius:*laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tubæ: * laudate eum in psalterio & cithara.
Laudate eum in tympano,& choro:*laudate eum in chordis & organo.
Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis:*omnis spiritus laudet Dominum.
Antiphona. Oblatus est, quia ipse voluit, & peccata nostra ipse portauit.

SI tralascia il Capitolo, che si suol dire dal superiore, perche è morto Christo vero superiore, e padrone del Cielo, e della terra.

L'Hinno anco si tace per la ragione detta di sopra nel principio del Matutino.

Capitulum, & Hymnus non dicuntur.

℣. Homo pacis meæ in quo speraui.

℟. Qui edebat panes meos, ampliauit aduersum me supplantationem.

Ad Benedictus, Antiphona.

Traditor autem dedit eis signum, dicens: Quem osculatus fuero: ipse est tenete eum.

Interim dùm dicitur Canticum Benedictus, extinctis prius omnibus candelis in candelabro triangulari, præter vnam, quæ posita est in summitate candelabri, extinguuntur paulatim sex candelæ positæ à principio supra Altare, ita vt in vltimo versu extinguatur vltima candela: similiter extinguuntur lampades, & luminaria per Ecclesiam.

SEgue doppo il Cantico di Zacharia Profeta, al quale si stà in piedi, perche è preso dall' Euangelio, il quale si ode stando in piedi, per mostrar la prontezza, che dobbiamo hauere in

eſſequir quello che in eſſo ci viene inſegnato.

Si dice ad alta voce, perche dalla morte di Chriſto eſſendo venuto la noſtra redentione, ſiamo tenuti à benedirlo.

Si eſtinguono tutti i lumi, per dimoſtrare il miſero, & infelice ſtato nel quale ſi ritrouò il mondo all'hora, che dall'empia Sinagoga fù eſtinto il vero, e ſempiterno lume, Chriſto Signor noſtro, facendolo morire ſù'l legno della Croce.

Canticum Zachariæ. Luc. 1.

Benedictus Dominus Deus Iſrael, * quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ:

Et erexit cornu ſalutis nobis: * in domo Dauid pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os Sanctorum: * qui à ſeculo ſunt prophetarum eius:

Salutem ex inimicis noſtris: * & de manu omnium, qui oderunt nos:

Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris: * & memorari teſtamenti ſui ſancti.

Iuſiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum: * daturum ſe nobis:

Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati: * ſeruiamus illi.

In

In sanctitate, & iustitia coram ipso: * omnibus diebus nostris.
Et tu puer propheta Altissimi vocaberis: * præibis enim ante faciem Domini parare vias eius:
Ad dandam sciẽtiam salutis plebi eius:* in remissionem peccatorum eorum.
Per viscera misericordiæ Dei nostri: * in quibus visitauit nos, oriens ex alto.
Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.
Antiphona. Traditor autem dedit eis signum, dicens: Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum.
Cum repetitur Antiph. Traditor, accipitur suprema candela ex candelabro, & absconditur sub Altari in cornu Epistolæ.

L'Vltima candela la quale finito il Cantico si nasconde, e poi veder si lascia, questo altro non significa, se non la Fede, che viua nella Beata Vergine rimase, dalla quale poi tutti i fedeli sono stati illuminati.

Repetita Aña post Benedictus, dicitur
℣. Christus factus est pro nobis obediẽs vsque ad mortẽ. Secunda nocte additur.

Mortem autem crucis . Tertia nocte. Propter quod & Deus exaltauit illũ,& dedit illi nomẽ quod est super omne nomẽ. Et sic dicitur etiã per omnes Horas diei. Cùm incipitur ℣. Christus factus est. omnes genuflectunt, & eo finito dicitur Pater noster. totum sub silentio: posteà. Psalm. Miserere mei Deus. fol. 120. aliquantulũ altiùs: quo finito sine Oremus, dicitur simili voce. Oratio.

Respice, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum, sed, Qui tecum. dicitur sub silentio.

I tre sudetti Versetti, Christus factus, &c. *ci vogliono accennare quanto volontieri per noi patisse, e morisse il benedetto Christo, il quale per vbbedire all'eterno Padre, per liberarci dalle mani del diauolo nostro potentissimo nemico, sofferse volontaria morte.*

Il Pater noster, *il* Miserere, *e l'Oratione, che bassamente, e sotto voce si dice, dimostra il timore de gli Apostoli, quando viddero Christo preso da i Giudei nell'Orto di Getsemani.*

Finita

Finita Oratione fit fragor, & strepitus aliquantulum: mox profertur candela accensa de sub Altari, & omnes surgunt, & cum silentio discedunt.

LO strepito, e rumore, che si fà finita l'Oratione, significa il tumulto, e rumor de' soldati, quando insieme con Giuda andarono à prender nell'Orto il benedetto Christo.

AD HORAS.

Prima, Tertia, Sexta, & Nona, dictis secretò, Pater noster. Aue Maria, & ad Primam Credo, absolutè inchoantur à Psalmis consuetis, qui ad Primam sunt, vt in Festis; quibus finitis dicitur ℣. Christus factus est pro nobis, & flexis genibus, & dicitur secretò, Pater noster. Psalmus Miserere. Oratio Respice, quęsumus. sicut in Matutino.

In hoc triduo non annunciatur aliquid de Martyrologio, nec dicitur Pretiosa.

AD PRIMAM.

Pater noster. Aue Maria. Credo.

Psalmus 53.

DEus in nomine tuo saluum me fac: * & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam : * auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam : * & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adiuuat me : * & Dominus susceptor est animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis : * & in veritate tua disperde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi, * & confitebor nomini tuo Domine : quoniam bonum est :

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me :* & super inimicos meos despexit oculus meus. Psalmus 118.

BEati immaculati in via : * qui ambulant in lege Domini.

Beati, qui scrutantur testimonia eius : * in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem, * in vijs eius ambulauerunt.

Tu mandasti * mandata tua custodiri nimis.

Vtinam dirigantur viæ meæ, * ad custodiendas iustificationes tuas.

Tunc

Tunc non confundar, * cùm perſpexero in omnibus mandatis tuis.
Confitebor tibi in directione cordis: * in eo, quod didici iudicia iuſtitiæ tuæ.
Iuſtificationes tuas cuſtodiam: * non me derelinquas vſquequaque.
In quo corrigit adoleſcentior viam ſuã? * in cuſtodiendo ſermones tuos.
In toto corde meo exquiſiui te: * ne repellas me à mandatis tuis.
In corde meo abſcondi eloquia tua: * vt non peccem tibi.
Benedictus es Domine: * doce me iuſtificationes tuas.
In labijs meis, * pronuntiaui omnia iudicia oris tui.
In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, * ſicut in omnibus diuitijs.
In mandatis tuis exercebor: * & conſiderabo vias tuas.
In iuſtificationibus tuis meditabor: * non obliuiſcar ſermones tuos.
Retribue ſeruo tuo, viuifica me: * & cuſtodiam ſermones tuos.
Reuela oculos meos: * & conſiderabo mirabilia de lege tua.

Inco-

Incola ego sum in terra :* non abscondas à me mandata tua.
Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, * in omni tempore.
Increpasti superbos: * maledicti, qui declinant à mandatis tuis.
Aufer à me opprobrium, & contemptũ:* quia testimonia tua exquisiui.
Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur : * seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.
Nam & testimonia tua meditatio mea est: * & cõsilium meũ iustificationes tuæ.
Adhæsit pauimento anima mea: * viuifica me secundùm verbum tuum.
Vias meas enunciaui, & exaudisti me :* doce me iustificationes tuas.
Viam iustificationum tuarum instrue me:* & exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitauit anima mea præ tædio:* confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatis amoue à me:* & de lege tua miserere mei.
Viam veritatis elegi : * iudicia tua non sum oblitus.
Adhæsi testimonijs tuis Domine : noli me

li me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri, * cùm dilatasti cor meum.

℣. Christus factus est. Pater noster.

Miserere mei Deus. fol. 120. Oratio.

Respice, quæsumus Domine. fol. 134.

AD TERTIAM.

Pater noster. Aue Maria. Psalmus.

LEgem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum: * & exquiram eam semper.

Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: * & custodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in semitam mandatorum tuorum: * quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia tua:* & non in auaritiam.

Auerte oculos meos ne videant vanitatem: * in via tua viuifica me.

Statue seruo tuo eloquium tuum, * in timore tuo.

Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum: * quia iudicia tua iucunda.

Ecce concupiui mandata tua: * in æquitate tua viuifica me.

Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine : * ſalutare tuum ſecundùm eloquium tuum .
Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum:*quia ſperaui in ſermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque,* quia in iudicijs tuis ſuperſperaui .
Et cuſtodiam legem tuam ſemper : * in ſæculum & in ſæculum ſæculi .
Et ambulabam in latitudine: * quia mādata tua exquiſiui .
Et loquebar in teſtimonijs tuis in conſpectu regum : * & non confundebar .
Et meditabar in mandatis tuis , * quæ dilexi .
Et leuaui manus meas ad mandata tua , quæ dilexi : * & exercebar in iuſtificationibus tuis .
MEmor eſto verbi tui ſeruo tuo , * in quo mihi ſpem dediſti .
Hęc me cōſolata eſt in humilitate mea:* quia eloquium tuum viuificauit me.
Superbi iniquè agebant vſquequaque : * à lege autem tua non declinaui .
Memor fui iudiciorum tuorum à ſæculo Domi-

Domine :* & consolatus sum.
Defectio tenuit me,* pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.
Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ,* in loco peregrinationis meæ.
Memor fui nocte nominis tui Domine:* & custodiui legem tuam.
Hæc facta est mihi :* quia iustificationes tuas exquisiui.
Portio mea Domine,* dixi custodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo :* miserere mei secundùm eloquium tuum.
Cogitaui vias meas :* & conuerti pedes meos in testimonia tua.
Paratus sum, & non sum turbatus :* vt custodiam mandata tua.
Funes peccatorum circũplexi sunt me :* & legem tuam non sum oblitus.
Media nocte surgebam ad confitendum tibi,* super iudicia iustificationis tuæ.
Particeps ego sum omnium timentium te :* & custodientium mandata tua:
Misericordia tua Domine plena est terra :* iustificationes tuas doce me.

Boni-

BOnitatem fecisti cum seruo tuo Domine,* secundùm verbum tuum.
Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me:* quia mandatis tuis credidi.
Priusquàm humiliarer ego deliqui:* propterea eloquium tuum custodiui.
Bonus es tu:* & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
Multiplicata est super me iniquitas superborum:* ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.
Coagulatum est sicut lac cor eorum;* ego verò legem tuam meditatus sum.
Bonum mihi, quia humiliasti me:* vt discam iustificationes tuas.
Bonum mihi lex oris tui,* super millia auri, & argenti.
Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me:* da mihi intellectum, & discam mandata tua.
Qui timent te videbunt me, & lætabuntur:* quia in verba tua supersperaui.
Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua:* & in veritate tua humiliasti me.
Fiat misericordia tua, vt consoletur me,* secundùm eloquium tuum seruo tuo.

Veniant

Veniãt mihi miserationes tuæ, & viuã: * quia lex tua meditatio mea est.
Confundantur superbi, quia iniustè iniquitatem fecerunt in me: * ego autem exercebor in mandatis tuis.
Conuertantur mihi timentes te: * & qui nouerunt testimonia tua.
Fiat cor meũ immaculatum in iustificationibus tuis, * vt non confundar.
℣. Christus factus est. Pater noster.
Miserere mei Deus. fol. 120.
Respice, quæsumus. fol. 134.
AD SEXTAM.
Pater noster. Aue Maria.
DEfecit in salutare tuum anima mea: * & in verbum tuum supersperaui.
Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, Quando consolaberis me?
Quia factus sum sicut vter in pruina: * iustificationes tuas non sum oblitus.
Quot sunt dies serui tui: * quando facies de persequentibus me iudicium?
Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: * sed non vt lex tua.

Omnia mandata tua veritas * iniquè persecuti sunt me, adiuua me.
Paulò minùs consummauerunt me in terra: * ego autem non dereliqui mandata tua.
Secundùm misericordiam tuam viuifica me: * & custodiam testimonia oris tui.
In æternum Domine, * verbum tuum permanet in cælo.
In generationem & generationem veritas tua: * fundasti terram & permanet.
Ordinatione tua perseuerat dies: * quoniam omnia seruiunt tibi.
Nisi quòd lex tua meditatio mea est: * tunc fortè perijssem in humilitate mea.
In æternum non obliuiscar iustificationes tuas: * quia in ipsis viuificasti me.
Tuus sum ego, saluum me fac: * quoniam iustificationes tuas exquisiui.
Me expectauerunt peccatores vt perderent me: * testimonia tua intellexi.
Omnis consummationis vidi finem: * latum mandatum tuum nimis.
QVomodo dilexi legem tuam Domine: * tota die meditatio mea est.
Super inimicos meos prudentem me
fecisti

fecisti mandato tuo :* quia in æternum mihi est.
Super omnes docentes me intellexi :* quia testimonia tua meditatio mea est.
Super senes intellexi :* quia mandata tua quæsiui.
Ab omni via mala prohibui pedes meos:* vt custodiam verba tua.
A iudicijs tuis non declinaui :* quia tu legem posuisti mihi.
Quàm dulcia faucib⁹ meis eloquia tua,* super mel ori meo.
A mandatis tuis intellexi :* propterea odiui omnem viam iniquitatis.
Lucerna pedibus meis verbum tuum :* & lumen semitis meis.
Iuraui, & statui * custodire iudicia iustitiæ tuæ.
Humiliatus sum vsquequaque Domine:* viuifica me secundum verbū tuum.
Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine:* & iudicia tua doce me.
Anima mea in manibus meis semper :* & legem tuam non sum oblitus.
Posuerunt peccatores laqueum mihi:* & de mandatis tuis non erraui.

Hereditate acquisiui testimonia tua in æternũ : * quia exultatio cordis mei sunt.
Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, * propter retributionem.
INiquos odio habui : * & legem tuam dilexi.
Adiutor & susceptor meus es tu : * & in verbum tuum supersperaui.
Declinate à me maligni : * & scrutabor mandata Dei mei.
Suscipe me secundùm eloquium tuum, & viuam : * & non confundas me ab expectatione mea.
Adiuua me, & saluus ero: * & meditabor in iustificationibus tuis semper.
Spreuisti omnes discedentes à iudicijs tuis : * quia iniusta cogitatio eorum.
Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ : * ideò dilexi testimonia tua.
Confige timore tuo carnes meas : * à iudicijs enim tuis timui.
Feci iudicium & iustitiam : * non tradas me calumniantibus me.
Suscipe seruum tuum in bonum : * non calumnientur me superbi.

O culi

O culi mei defecerunt in ſalutare tuum:* & in eloquium iuſtitiæ tuæ.
F ac cum ſeruo tuo ſecundùm miſericordiam tuam:* & iuſtificationes tuas doce me.
S eruus tuus ſum ego:* da mihi intellectum, vt ſciam teſtimonia tua.
T empus faciendi Domine:* diſſipauerunt legem tuam.
I deò dilexi mandata tua,* ſuper aurum & topazion.
P roptereà ad omnia mandata tua dirigebar:* omnem viam iniquam odio habui.
℣. Chriſtus factus eſt.
P ater noſter.
M iſerere mei Deus. fol. 120.
R eſpice, quæſumus. fol. 134.

AD NONAM.

P ater noſter. A ue Maria. Pſalmus.

M Irabilia teſtimonia tua:* ideò ſcrutata eſt ea anima mea.
D eclaratio ſermonum tuorum illuminat:* & intellectum dat paruulis.
O s meum aperui,& attraxi ſpiritum:* quia mandata tua deſiderabam.

Aſpice in me, & miſerere mei, * ſecundùm iudicium diligentium nomen tuum.

Greſſus meos dirige ſecūdùm eloquium tuum: * & non dominetur mei omnis iniuſtitia.

Redime me à calumnijs hominum: * vt cuſtodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum: * & doce me iuſtificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: * quia non cuſtodierunt legem tuam.

Iuſtus es Domine: * & rectum iudicium tuum.

Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua: * & veritatem tuam nimis.

Tabeſcere me fecit zelus meus: * quia obliti ſunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer: * & ſeruus tuus dilexit illud.

Adoleſcentulus ſum ego, & contēptus: * iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

Iuſtitia tua, iuſtitia in æternum: * & lex tua veritas.

Tribulatio, & anguſtia inuenerunt me: * mandata tua meditatio mea eſt.

Aquitas teſtimonia tua in æternum: * intel-

intellectum da mihi, & viuam.
C Lamaui in toto corde meo, exaudi me Domine: * iustificationes tuas requiram.
C lamaui ad te, saluum me fac, * vt custodiam mandata tua.
P ræueni in maturitate, & clamaui: * quia in verba tua supersperaui.
P ræuenerunt oculi mei ad te diluculò: * vt meditarer eloquia tua.
V ocem meam audi secundùm misericordiam tuam Domine: * & secundùm iudicium tuum viuifica me.
A ppropinquauerunt persequentes me iniquitati: * à lege autem tua longè facti sunt.
P rope es tu Domine: * & omnes viæ tuæ veritas.
I nitio cognoui de testimonijs tuis: * quia in æternum fundasti ea.
V ide humilitatem meam, & eripe me: * quia legem tuam non sum oblitus.
I udica iudicium meum, & redime me: * propter eloquium tuum viuifica me.
L ongè à peccatoribus salus: * quia iustificationes tuas non exquisierunt.

Misericordiæ tuæ multæ Domine: * secundùm iudicium tuum viuifica me.
Multi qui persequuntur me, & tribulant me: * à testimonijs tuis non declinaui.
Vidi præuaricantes, & tabescebam: * quia eloquia tua non custodierunt.
Vide quoniam mandata tua dilexi, Domine: * in misericordia tua viuifica me.
Principium verborum tuorum, veritas: * in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.
PRincipes persecuti sunt me gratis: * & à verbis tuis formidauit cor meum.
Lætabor ego super eloquia tua: * sicut qui inuenit spolia multa.
Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: * legem autem tuam dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi, * super iudicia iustitiæ tuæ.
Pax multa diligentibus legem tuam: * & non est illis scandalum.
Expectabam salutare tuum Domine: * & mandata tua dilexi.
Custodiuit anima mea testimonia tua: * & dilexit ea vehementer.
Seruaui mandata tua, & testimonia tua: * quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Appro-

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: * iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.
Intret postulatio mea in conspectu tuo:* secundùm eloquium tuum eripe me.
Eructabunt labia mea hymnum, * cùm docueris me iustificationes tuas.
Pronũciabit lingua mea eloquium tuũ:* quia omnia mandata tua æquitas.
Fiat manus tua, vt saluet me: * quoniam mandata tua elegi.
Concupiui salutare tuum Domine: * & lex tua meditatio mea est.
Viuet anima mea, & laudabit te: * & iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui, sicut ouis, quæ perijt: * quære seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.
℣. Christus factus est.
Pater noster.
Miserere mei Deus. fol. 120.
Respice, quæsumus Domine. fol. 134.

FERIA QVINTA
In Cœna Domini.

QVantunque Santa Chieſa nell'altre Hore dimoſtra per la paſsione, e morte del benedetto Chriſto la ſolita meſtitia: ad ogni modo hoggi ſolamente celebra la Meſſa proponendo canti d'allegrezza, tacendo il **Flectamus genua**, ch'è canto di meſtitia, e queſto, Perche in tal giorno Chriſto Saluator noſtro inſtituì il Santiſsimo Sagramento dell'Altare, communicando i ſuoi Diſcepoli: Così ancora per l'allegrezza, che ſente la Chieſa della reconciliatione de i penitenti. E perciò nell' Introito in perſona di detti penitenti canta, **Nos autem, &c.** poſciache per la ſola Croce hanno riceuuto il perdono de' loro peccati: per la qual coſa Bonifacio Papa inſtituì, che ſi doueſſe nella Meſſa cantare il **Gloria in excelſis Deo**: per dimoſtrare, che anco gli Angeli ſi rallegrano della conuerſione de' peccatori.

In ſomma in queſta Santa Meſſa habbiamo tutto il miſtero della noſtra redentione: cioè nell'Introito la Croce del Signore; nell'Epiſtola il Santiſsimo Sagramento dell'Altare,

nel-

nell'Euangelio l'humiltà di Christo, e nell'Offertorio la sua Santa Resurrettione.

AD MISSAM.

Statio ad S. Ioannem in Laterano.

Introitus. Galat. 6.

NOs autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati, & liberati sumus.

Psalm. 66. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Nos autē.

Dicitur Gloria in excelsis, & tunc pulsantur campanæ, & deinceps non amplius vsque ad Sabbatum Sanctum.

NOn si suonano in questi giorni le campane, si perche nel tempo della morte di Christo tacquero gli Apostoli, che per le campane vengono intesi, si anco per leuar da noi ogni segno d'allegrezza.

Oratio.

DEus, à quo & Iudas reatus sui pœnam, & confessionis suæ latro præmium sumpsit: concede nobis tuæ propitiationis effectum: vt sicut in passione sua Iesus Christus Dominus noster diuersa vtrisque intulit stipendia merito-

rum:

rum: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis suæ gratiam largiatur. Qui tecum viuit, & regnat.

Et hæc Oratio tantùm dicitur.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. 1. Cap. 11.

FRatres, Conuenientibus vobis in vnum, iam non est Dominicam cœnam manducare. Vnusquisque enim suã cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo. Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationẽ. Similiter & calicem, postquàm cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescumque bibetis, in meam comme-

commemorationẽ. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annunciabitis, donec veniat. Itaque quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis, & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit: non dijudicans corpus Domini. Ideò inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Quòd si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.

Graduale. Philipp. 2. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. ℣. Propter quod & Deus exaltauit illum: & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

LEggesi questo Euangelio hoggi, perche appunto in tal giorno doppo l'vltima Cena, che fece il Saluatore con i suoi Discepoli, lauò loro i piedi. Nelche si scuopre vn'immenso

amore,

amore, vna carità singolare, & vna humiltà indicibile di Christo. E questo fece, perche hauendo egli nella Cena instituito il Santissimo Sagramento del suo Corpo, e Sangue, il quale è tutto amore, carità, & humiltà, volle anco con l'essempio dimostrare come à tanto Sagramento si douea andare, cioè con amore, carità, & humiltà.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Ioannem. Cap. 13.

ANte diem festum Paschæ, sciēs Iesus, quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad Patrem: cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta, cùm diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotæ: sciēs quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: surgit à cœna, & ponit vestimenta sua: & cùm accepisset linteū, præcinxit se. Deinde mittit aquam in peluim, & cæpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes?

pedes? Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem posteà. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantùm pedes meos, sed & manus, & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit: Non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua, cùm recubuisset iterùm, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me Magister, & Domine: & benè dicitis: sum etenim: Si ergo ego laui pedes vestros, Dominus, & Magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Et dicitur Credo.

Offertorium. Psalmus 117. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me: non moriar, sed

viuam,

viuam, & narrabo opera Domini.
Præfatio de Cruce: Qui salutem humani generis.
Agnus Dei, dicitur de more, sed pax non datur. Dicuntur tamen tres consuetæ Orationes ante Communionem.

Non si dà la pace, in detestatione del bacio, che diede il traditor di Giuda al benedetto Christo.

Hodie Sacerdos consecrat duas Hostias, quarum vnam sumit, alteram reseruat pro die sequenti, in quo non conficitur Sacramentum: reseruat etiam aliquas particulas consecratas, si opus fuerit pro infirmis; sanguinem verò totum sumit: & ante ablutionem digitorum ponit Hostiam reseruatam in alio Calice, quem Diaconus palla & patena cooperit, & desuper velum expandit, & in medio Altaris collocat. Deinde fit Communio, & completur Missa. Sacerdos autem genuflectit, quandocumque accedit, vel recedit à medio Altaris, vel transit ante Sacramentum in Calice reseruatum: & cùm dicere debet, Dominus vobiscum, non vertit se ad populum in medio Altaris,

ne terga vertat Sacramento, sed à latere Euangelij: & in fine ibidem dat benedictionem, & non perficit circulum.

Communio. Ioan. 13. Dominus Iesus, postquàm cœnauit cum Discipulis suis, lauit pedes eorum, & ait illis: Scitis quid fecerim vobis ego Dominus & Magister? exemplum dedi vobis, vt & vos ita faciatis.

Postcommunio.

Refecti vitalibus alimentis, quæsumus Domine Deus noster: vt, quod tempore nostræ mortalitatis exequimur, immortalitatis tuæ munere consequamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Dicitur, Ite Missa est. & datur benedictio, & legitur Euangelium sancti Ioannis, in cuius initio Sacerdos non signat Altare, sed seipsum tantùm.

Finita autē Missa, accenduntur intorticia, & fit processio more solito, alio tamē Subdiacono parato Crucem ferente. Celebrans indutus pluuiali albo, stans ante Altare, imponit incensum in duobus thuribulis absque benedictione, deinde in medio genuflexus, cum altero incensat ter Sacramentum; & accepto Ca-

lice

lice cum Sacramento de manu Diaconi stantis, & cooperto extremitatibus veli, quo eius humeri teguntur, procedit medius inter eumdem Diaconum à dextris, & Subdiaconum à sinistris sub baldachino, duobus Acolythis Sacramentum continuè incensantibus vsque ad locum præparatum, vbi pro crastino seruandum est. Intereà dùm fit processio, cantatur Hymnus.

Pange lingua gloriosi
Corporis mysterium,
Sanguinisque pretiosi,
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generosi
Rex effudit gentium.
Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine,
Et in mundo conuersatus,
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.
In supremæ nocte cœnæ
Recumbens cum fratribus,
Obseruata lege plenè
Cibis in legalibus.

Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.
Verbum caro, panem verum
Verbo carnem efficit:
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus deficit:
Ad firmandum cor sincerum
Sola Fides sufficit.
Tantum ergo sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Nouo cedat ritui:
Præstet Fides supplementum
Sensuum defectui.
Genitori, Genitoque
Laus & iubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit & benedictio:
Procedenti ab vtroque
Compar sit laudatio. Amen.

Cùm autem ventum fuerit ad locum paratum, Diaconus genuflexus à Sacerdote stante accipit Calicem cum Sacramento, & ponit illum primò super Altare, vbi à Sacerdote genuflexo incensatur, vt suprà: deinde reponit in capsula.

Postea in Choro dicuntur Vesperæ sine cantu.

Fatta la processione col Santissimo Sagramento al luogo preparato, subito si canta il Vespro, per dimostrare il tempo, quando il benedetto Christo l'instituì, che appunto fù nella sera, ò nell'vltima età del Mondo.

AD VESPERAS.

Vesperę dicto secretò, Pater noster. Aue Maria. inchoantur absolutè à prima Antiphona sine cantu. Antiphona. Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Psalmus 115.

CRedidi propter quod locutus sum:* ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo:* Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino,* pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam:* & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo eius:* pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius:

O Domine, quia ego seruus tuus:* ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

D iru-

Dirupisti vincula mea: * tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius: * in atrijs domus Domini in medio tui Ierusalem.

Antiphona. Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.

Antiphona. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: dum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Psalmus 119.

AD Dominum cùm tribularer clamaui:* & exaudiuit me.

Domine libera animam meam à labijs iniquis:* & à lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi:* ad linguam dolosam?

Sagittæ potẽtis acutæ: * cum carbonibus desolatorijs.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar:* multùm incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem eram pacificus:* cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.

Antiphona. Cum his, qui oderunt pacē, eram pacificus: dum loquebar illis impugnabant me gratis. Aña. Ab hominibus iniquis libera me Domine. Psalmus 139.

E Ripe me Domine ab homine malo :* à viro iniquo eripe me.

Qui cogitauerunt iniquitates in corde :* tota die constituebant prælia.

Acuerunt linguas suas sicut serpentis: * venenum aspidum sub labijs eorum.

Custodi me Domine de manu peccatoris: * & ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitauerunt supplantare gressus meos : * absconderunt superbi laqueum mihi :

Et funes extenderunt in laqueum:* iuxta iter scandalum posuerunt mihi.

Dixi Domino : Deus meus es tu: * exaudi Domine vocem deprecationis meæ.

Domine Dñe virtus salutis meæ:* obumbrasti super caput meum in die belli.

Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori :* cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.

Caput circuitus eorum: * labor labiorum ipsorum operiet eos.

Cadent

Cadent ſuper eos carbones, in ignem deijcies eos : * in miſerijs non ſubſiſtent.

Vir linguoſus non dirigetur in terra:* virum iniuſtum mala capient in interitu.

Cognoui, quia faciet Dominus iudicium inopis : * & vindictam pauperum.

Verumtamen iuſti confitebuntur nomini tuo: * & habitabunt recti cum vultu tuo.

Antiphona. Ab hominibus iniquis libera me Domine.

Antiphona. Cuſtodi me à laqueo, quem ſtatuerunt mihi, & à ſcandalis operantium iniquitatem.

Pſalmus 140.

Domine clamaui ad te, exaudi me : * intende voci meæ, cùm clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo : * eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.

Pone Domine cuſtodiam ori meo : * & oſtium circumſtantiæ labijs meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ,* ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem : * & non communicabo cum ele-

ctis eorum.
Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me: * oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.
Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: * abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum.
Audient verba mea, quoniam potuerunt: * ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram.
Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernū: * quia ad te Domine Domine oculi mei, in te ſperaui, non auferas animam meam.
Cuſtodi me à laqueo, quem ſtatuerunt mihi: * & à ſcandalis operantium iniquitatem.
Cadent in retiaculo eius peccatores: * ſingulariter ſum ego donec tranſeam.
Antiphona. Cuſtodi me à laqueo, quem ſtatuerunt mihi, & à ſcandalis operantiū iniquitatem. Antiphona. Conſiderabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognoſceret me. Pſalmus 141.
Voce mea ad Dominum clamaui: * voce mea ad Dominum deprecatus ſum:
Effun-

Effundo in conspectu eius orationem meam, * & tribulationem meam ante ipsum pronuncio.
In deficiendo ex me spiritum meum, * & tu cognouisti semitas meas.
In via hac, qua ambulabam, * absconderunt laqueum mihi.
Considerabam ad dexteram, & videbã: * & non erat qui cognosceret me.
Perijt fuga à me, * & non est qui requirat animam meam.
Clamaui ad te Domine, * dixi Tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.
Intende ad deprecationem meam: * quia humiliatus sum nimis.
Libera me à persequentibus me: * quia confortati sunt super me.
Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: * me expectant iusti, donec retribuas mihi.
Añа. Considerabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognosceret me.
Capitulum, Hymnus, & ℣. non dicuntur in hoc triduo.
Ad Magnificat, Aña. Cœnantibus autem illis, accepit Iesus Panem, & benedi-

xit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis.
Canticum B. Mariæ Virg. Lucæ 1.
MAgnificat: *anima mea Dominum.
Et exultauit ſpiritus meus:*in Deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ:* ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna qui potens eſt:* & ſanctum nomen eius.
Et miſericordia eius à progenie in progenies * timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio ſuo:*diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.
Depoſuit potentes de ſede: * & exaltauit humiles.
Eſurientes impleuit bonis:*& diuites dimiſit inanes.
Suſcepit Iſrael puerum ſuum: * recordatus miſericordiæ ſuæ.
Sicut locutus eſt ad patres noſtros: Abraham, & ſemini eius in ſæcula.
Aña Cœnantibus autem illis, accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis. ℣ Chriſtus factus eſt. cum reliquis vt in Matutino.
Poſt

Post Vesperas Sacerdos cum ministris denudet Altaria, legendo Antiphonam. Diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meam miserunt sortem. cum toto Psalmo. Deus Deus meus respice in me. fol. 181.

Finito il Vespro, il Sacerdote con li ministri spoglia gli Altari, per dimostrare, che il benedetto Christo nel tempo della sua Passione su'l monte Caluario fù dagli empij, e scelerati soldati delle proprie vesti spogliato, quali trà di loro se le diuisero.

Post denudationem Altarium, hora competenti facto signo cum tabula, conueniunt Clerici ad faciendum mandatum. Prælatus, seu Superior, super amictu, & alba induitur stola & pluuiali violaceis, & in loco ad id deputato, ministrante Diacono, (qui paratus cũ Subdiacono, vt in Missa, paramentis albis, ei assistit) imponit incensum in thuribulo: deinde Diaconus librum Euangeliorum ante pectus tenẽs, genuflexus ante Superiorem, petit benedictionem: qua accepta, astantibus duobus Acolythis cum candelabris accensis, & Subdiacono librum

tenente, signat librum, & incensat, & cantat, vt moris est, Euangelium, Ante diem festum Paschæ, vt in Missa. Quo finito, Subdiaconus portat librum apertum osculandum Superiori, & Diaconus eum de more incensat. Posteà Superior exuitur pluuiali, & per Diaconum & Subdiaconum præcingitur linteo, & sic præcinctus, assistentibus sibi iisdem Diacono, & Subdiacono, accedit ad lotionem pedum: & per ordinem dispositis ijs, qui lauandi sunt, clericis peluim, & aquam ministrantibus, Subdiacono singulorum pedem dextrũ tenente, genuflectens singulis, illorum pedes lauat, extergit, & osculatur Diacono præbente linteum ad abstergendum. Et interim hæc subscripta cantantur.

HAuendo Christo nostro Redentore a' suoi Discepoli comandata la virtù dell' Humiltà, volle anco con l'esempio suo comprobarla, con lauar loro i piedi, comandandoli, che il simile essi facessero. Onde ad imitatione di lui in simil giorno i Superiori fanno vn' opera sì humile, e sì degna: Anco il Sommo Pontefice, e tutti gl'altri Prencipi, e Rè del

Chri-

Christianesimo sogliono lauar i piedi à dodeci poueri, E chiamasi mandato, perche dal Signore è stato comandato, & esseguito.

Antiphona. Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos dicit Dominus. Pſalm. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

Et repetitur immediatè Antiphona.

Et ſic aliæ Antiphonæ, quæ habent Pſalmos, vel Verſus, repetuntur. Et de quolibet Pſalmo dicitur tãtum primus verſus.

Antiphona. Poſtquàm ſurrexit Dominus à cœna, miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum ſuorũ: hoc exemplum reliquit eis.

Pſalmus. Magnus Dominus, & laudabilis nimis: in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. Antiphona. Dominus Ieſus, poſtquàm cœnauit cum diſcipulis ſuis, lauit pedes eorum, & ait illis: Scitis quid fecerim vobis ego Dominus & Magiſter? Exẽplũ dedi vobis: vt & vos ita faciatis.

Pſalmus. Benedixiſti Dñe terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. Añã. Domine, tu mihi lauas pedes? reſpondit Ieſus, & dixit ei. Si non lauero tibi pedes non

habe-

habebis partem mecum. ℣. Venit ergo ad Simonem Petrum, & dixit ei Petrus. Et repetitur Antiphona. Domine, tu mihi lauas pedes? respondit Iesus, & dixit ei: Si non lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. ℣. Quod ego facio, tu nescis modò: scies autem posteà. Tertiò repetitur Aña. Domine, tu mihi lauas pedes? respondit Iesus, & dixit ei: Si non lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. ℣. Si ego Dominus & Magister vester laui vobis pedes: quantò magis debetis alter alterius lauare pedes? Psalmus. Audite hæc omnes Gentes: auribus percipite qui habitatis orbem. Antiphona. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. ℣. Dixit Iesus discipulis suis. Antiphona. Maneat in vobis fides, spes, caritas, tria hæc: maior autem horum est caritas. ℣. Nunc autem manent fides, spes, caritas: tria hæc: maior horum est caritas. Antiphona. Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

℣. Be-

℣. Benedicamus Patrem, & Filium, cum ſancto Spiritu. Pſalmus. Quàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum: concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. Antiph. Vbi caritas & amor, Deus ibi eſt. ℣. Congregauit nos in vnũ Chriſti amor. ℣. Exultemus, & in ipſo iucundemur. ℣. Timeamus, & amemus Deum viuum. ℣. Et ex corde diligamus nos ſincero.

Et repetitur Antiphona. Vbi caritas & amor, Deus ibi eſt. ℣. Simul ergo cùm in vnum congregamur. ℣. Ne nos mente diuidamur, caueamus. ℣. Ceſſent iurgia maligna, ceſſent lites. ℣. Et in medio noſtri ſit Chriſtus Deus.

Et repetitur Antiphona. Vbi caritas & amor, Deus ibi eſt. ℣. Simul quoque cum beatis videamus. ℣. Glorianter vultum tuum, Chriſte Deus. ℣. Gaudium, quod eſt immenſum, atque probum. ℣. Sæcula per infinita ſæculorũ, Amen.

Poſt lotionem, Superior, vel qui alijs abluit pedes, lauat manus, & abſtergit alio linteo: deinde rediens ad locum, vbi prius fuerat, accipit pluuiale, & ſtans capite

pite

pite detecto dicit. Pater noster. secretò.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Tu mandasti mandata tua, Domine.

℟. Custodiri nimis. ℣. Tu lauasti pedes discipulorum tuorum.

℟. Opera manuum tuarum ne despicias.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto, Domine quæsumus, officio seruitutis nostræ: & quia tu discipulis tuis pedes lauare dignatus es, ne despicias opus manuum tuarum, quæ nobis retinenda mandasti: vt sicut hic nobis, & à nobis exteriora abluuntur inquinamenta: sic à te omnium nostrum interiora lauentur peccata. Quod ipse præstare digneris, qui viuis & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

AD COMPLETORIVM.

non dicitur, Iube domne, nec Lectio breuis, nec, Adiutorium, neque Oratio Dominica; sed facta Confessione, & Absolu-

solutione incipitur à Psalmo, vt infra.

Psalmus 4.

CVm inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ : *in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, * & exaudi orationem meam.

Filij hominum vsquequò graui corde ? * vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

Et scitote, quoniam mirificauit Dominus sanctum suum : * Dominus exaudiet me cùm clamauero ad eum.

Irascimini, & nolite peccare : * quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. * Multi dicunt: Quis ostẽdit nobis bona ?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine : * dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei sui : * multiplicati sunt.

In pace in idipsum * dormiam, & requiescam ;

Quoniā tu Domine singulariter in spe * constituisti me.

Psalmus 30.

IN te Domine speraui non confundar in æternum :* in iustitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam, * accelera vt eruas me.

Esto mihi in Deum protectorem :& in locum refugij, * vt saluum me facias.

Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: * & propter nomen tuũ deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: * quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum: * redemisti me Domine Deus veritatis.

Psalmus 90.

QVi habitat in adiutorio Altissimi: * in protectione Dei cæli commorabitur.

Dicet Domino: susceptor meus es tu, & refugium meum: * Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, * & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi : * & sub pennis eius sperabis .
Scuto circumdabit te veritas eius : * non timebis à timore nocturno .
A sagitta volante in die , à negotio perambulante in tenebris : * ab incursu , & dæmonio meridiano .
Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis : * ad te autem non appropinquabit .
Verumtamen oculis tuis considerabis : * & retributionem peccatorum videbis .
Quoniam tu es Domine spes mea : * altissimum posuisti refugium tuum .
Non accedet ad te malum : * & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo .
Quoniam Angelis suis mandauit de te : * vt custodiant te in omnibus vijs tuis .
In manibus portabunt te : * ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum .
Super aspidem,& basiliscum ambulabis:* & conculcabis leonem & draconem .
Quoniam in me sperauit,liberabo eum: * protegam eum , quoniam cognouit nomen meum .

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum:* cum ipſo ſum in tribulatione : eripiam eum& glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum :* & oſtendam illi ſalutare meum. Pſalm. 133.

ECce nunc benedicite Dominum : * omnes ſerui Domini :

Qui ſtatis in domo Domini, * in atrijs domus Dei noſtri.

In noctibus extollite manus veſtras in ſancta,* & benedicite Dominum.

Benedicat te Dominus ex Sion, * qui fecit cælum & terram.

Canticum Simeonis. Luc.2.

NVnc dimittis ſeruum tuum Domine, * ſecundùm verbum tuum in pace:

Quia viderunt oculi mei * ſalutare tuum,

Quod paraſti * ante faciem omnium populorum.

Lumen ad reuelationem gentium, * & gloriam plebis tuæ Iſrael.

℣. Chriſtus factus eſt. cum reliquis, vt ſuprà ad Matutinum.

Sic terminantur omnes Horæ in hoc triduo, vſque ad Veſperas Sabbati ſancti.

Il ſe-

Il seguente Matutino con le Laudi si dice il Giouedì Santo da sera per il Venerdì Santo.

FERIA SEXTA
in Parasceue.

Non haueuano gli Hebrei nome alcun proprio alli giorni della settimana, fuor che il sabbato & il giorno auanti al sabbato, ma da questo denominauano gli altri giorni, cioè primo giorno del Sabbato; secondo giorno del sabbato, e così degli altri, fino al giorno auanti al sabbato, che lo chiamauano Parasceue, che vuol dire preparatione, perche non essendo loro lecito nel sabbato far alcuno essercitio, preparauano vn giorno auanti tutte le cose per quello necessarie.

Li Misterij doppo del seguente Matutino si potranno vedere nella Dichiaratione del Matutino della prima sera, che comincia. Essendosi il benedetto Christo, &c. à carte 87.

AD MATVTINVM.

Pater noster. Aue Maria. Credo.

In primo Nocturno, Antiphona.

Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.

Psalmus 2.

Q Vare fremuerunt gentes, * & populi meditati sunt inania?

A ſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum * aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.

D irumpamus vincula eorum: * & proijciamus à nobis iugum ipſorum.

Qui habitat in cælis irridebit eos; * & Dominus ſubſannabit eos.

T unc loquetur ad eos in ira ſua, * & in furore ſuo conturbabit eos.

E go autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius: * prædicans præceptum eius.

D ominus dixit ad me: * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

P oſtula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, * & poſſeſſionem tuam terminos terræ.

R eges eos in virga ferrea, * & tamquam vas figuli confringes eos,

E t nunc reges intelligite: * erudimini qui iudicatis terram.

S eruite Domino in timore: * & exultate ei cum tremore.

Ap-

Apprehēdite disciplinam ne quando irascatur Dñs, * & pereatis de via iusta.

Cùm exarserit in breui ira eius, * beati omnes, qui confidunt in eo.

Aña. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.

Antiphona. Diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meam miserunt sortem.

Psalmus 21.

DEus Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? * longè à salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: * & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, * laus Israel.

In te sperauerunt patres nostri: * sperauerunt, & liberasti eos.

Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: * in te sperauerunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo: * opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me: * locuti sunt labijs, & mouerunt caput.

Sperauit in Domino, eripiat eum: * saluum faciat eum, quoniam vult eum.
Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre; * spes mea ab vberibus matris meæ. In te proiectus sum ex vtero.
De ventre matris meæ Deus meus es tu, * ne discesseris à me:
Quoniam tribulatio proxima est: * quoniam non est qui adiuuet.
Circumdederunt me vituli multi: * tauri pingues obsederunt me.
Aperuerunt super me os suum, * sicut leo rapiens & rugiens.
Sicut aqua effusus sum: * & dispersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meum tamquàm cera liquescens * in medio ventris mei.
Aruit tamquàm testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: * & in puluerem mortis deduxisti me.
Quoniam circumdederũt me canes multi: * concilium malignantium obsedit me.
Foderunt manus meas & pedes meos: * dinumerauerunt omnia ossa mea.
Ipsi verò considerauerunt & inspexerunt me; *

me: * diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me: * ad defenſionem meam conſpice.

Erue à framea Deus animam meam: * & de manu canis vnicam meam.

Salua me ex ore leonis: * & à cornibus vnicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuũ fratribus meis: * in medio eccleſiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum laudate eum: * vniuerſum ſemen Iacob glorificate eum.

Timete eum omne ſemen Iſrael: * quoniam non ſpreuit, neque deſpexit deprecationem pauperis:

Nec auertit faciem ſuam à me: * & cùm clamarem ad eum exaudiuit me.

Apud te laus mea in eccleſia magna: * vota mea reddam in conſpectu timentium eum.

Edent pauperes, & ſaturabuntur: & laudabunt Dominum, qui requirunt eum: viuent corda eorum in ſæculum ſæculi.

Reminiſcentur & conuertentur ad Dominum * vniuerſi fines terræ.

Et adorabunt in conſpectu eius * vniuerſæ familiæ Gentium.
Quoniam Domini eſt regnum: * & ipſe dominabitur Gentium.
Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terrę: * in conſpectu eius cadent omnes qui deſcendunt in terram.
Et anima mea illi viuet: * & ſemen meum ſeruiet ipſi.
Annunciabitur Domino generatio ventura:* & annunciabunt cęli iuſtitiam eius populo,qui naſcetur,quē fecit Dominus.
Antiph. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.
Antiphona. Inſurrexerūt in me teſtes iniqui,& mētita eſt iniquitas ſibi. Pſalm.26.
Dominus illuminatio mea & ſalus mea, * quem timebo?
Dominus protector vitæ meæ, * à quo trepidabo?
Dum appropiant ſuper me nocentes, * vt edant carnes meas:
Qui tribulant me inimici mei, * ipſi infirmati ſunt & ceciderunt.
Si conſiſtant aduerſum me caſtra, * non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me prælium, * in hoc ego sperabo.

Vnam petij à Domino, hanc requiram, * vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ:

Vt videam voluptatem Domini, * & visitem templum eius.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: * in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me: * & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.

Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: * cantabo: & psalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, qua clamaui ad te: * miserere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: * faciem tuam Domine requiram.

Ne auertas faciem tuam à me: * ne declines in ira à seruo tuo.

Adiutor meus esto: * ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: * Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in via tua:* & dirige me in ſemitam rectam propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantium me:* quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.
Credo videre bona Domini * in terra viuentium.
Expecta Dominum viriliter age:* & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.
Añа. Inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt inquitas ſibi.
℣. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea.
℟. Et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Pater noſter.
Veggaſi la dichiaratione, che comincia. Pianſe Gieremia, à carte 96.
De lamentatione Ieremiæ Prophetæ.
Lectio j. Cap. 2. Heth.
Cogitauit Dominus diſſipare murum filię Sion: tetendit funiculum ſuum, & non auertit manum ſuam à perditione: luxitq; antemurale, & murus pariter diſſipatus eſt. Teth. Defixę ſunt in terra portę eius: perdidit, & contriuit vectes eius: regem eius & principes eius in Gẽtibus: non

non est lex, & prophetæ eius non inuenerunt visionem à Domino. Iod. Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion: consperserunt cinere capita sua, accincti sunt cilicijs, abiecerunt in terram capita sua virgines Ierusalem. Caph. Defecerũt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea: effusum est in terra iecur meum super contritione filię populi mei, cùm deficeret paruulus, & lactens in plateis oppidi. Ierusalem, Ierusalem, conuertere ad Dominum Deum tuum.

℟. Omnes amici mei dereliquerunt me, & præualuerunt insidiantes mihi: tradidit me quem diligebam: * Et terribilibus oculis plaga crudeli percutientes, aceto potabant me.

℣. Inter iniquos proiecerunt me, & non pepercerunt animæ meę. Et terribilibus oculis.

Lectio ij. Lamed.

MAtribus suis dixerunt: Vbi est triticum, & vinum cùm deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis: cùm exhalarent animas suas in sinu matrum suarũ. Mem. Cui cõparabo te? vel cui assimilabo te filia Ierusalẽ? cui exæquabo te, & cõsolabor

labor te virgo filia Sion? magna est enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui? Nun Prophetę tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pęnitentiam prouocarent: viderunt autem tibi assumptiones falsas, & eiectiones. Samech Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam: sibilauerunt, & mouerunt caput suum super filiam Ierusalem: Hæccinè est vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium vniuersę terræ? Ierusalem, Ierusalem conuertere ad Dñm Deum tuum. ℟. Velum tēpli scissum est, *Et omnis terra tremuit: latro de cruce clamabat dicens: Memento mei Dñe, dum veneris in regnum tuum. ℣. Petrę scissę sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt. Et omnis terra.

Lectio iij. Cap. 3. Aleph.

EGo vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. Aleph. Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem. Aleph. Tantū in me vertit, & conuertit manum suam tota die. Beth. Vetustā fecit pellem meam, & carnem meam,

& contriuit ossa mea. Beth. Ædificauit in gyro meo; & circumdedit me felle, & labore. Beth. In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos. Ghimel. Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar: aggrauauit compedem meum. Ghimel. Sed & cùm clamauero, & rogauero, exclusit orationem meam. Ghimel. Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas, subuertit. Ierusalem, Ierusalem, conuertere ad Dominum Deum tuũ.

℟. Vinea mea electa, ego te plantaui, *Quomodo conuersa es in amaritudinem, vt me crucifigeres, & Barabbam dimitteres. ℣. Sepiui te, & lapides elegi ex te, & ędificaui turrim. Quomodo conuersa es. Vinea mea electa.

In secundo Nocturno.

Antiphona. Vim faciebant; qui quęrebant animam meam. Psalmus 37.

DOmine ne in furore tuo arguas me; * neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittę tuæ infixæ sunt mihi: * & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: * non est pax ossibus meis à facie peccato-

catorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: * & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.

Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ, * à facie inſipientiæ meæ.

Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem: * tota die contriſtatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: * & non eſt ſanitas in carne mea.

Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: * rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne deſiderium meum: * & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea: * & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.

Amici mei, & proximi mei * aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt.

Et qui iuxta me erant, de longè ſteterunt: * & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti

ſunt

ſunt vanitates : * & dolos tota die meditabantur.
Ego autem tamquàm ſurdus non audiebam : * & ſicut mutus non aperiens os ſuum.
Et factus ſum ſicut homo non audiens: * & non habens in ore ſuo redargutiones.
Quoniam in te Domine ſperaui : * tu exaudies me Domine Deus meus.
Quia dixi: Nequando ſupergaudeant mihi inimici mei: * & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.
Quoniam ego in flagella paratus ſum : * & dolor meus in conſpectu meo ſemper.
Quoniam iniquitatem meam annunciabo : * & cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei viuunt, & cõfirmati ſunt ſuper me: * & multiplicati ſunt qui oderunt me iniquè.
Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi:* quoniam ſequebar bonitatẽ.
Ne derelinquas me Domine Deus meꝰ: * ne diſceſſeris à me.
Intende in adiutorium meum, * Domine Deus ſalutis meæ.
Aña.

Aña. Vim faciebant, qui quærebant animam meam. Aña. Confundantur & reuereantur, qui quęrunt animam meam, vt auferant eam. Psalmus 39.

EXpectans expectaui Dominum, * & intendit mihi.

Et exaudiuit preces meas: * & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.

Et statuit super petram pedes meos: * & direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum nouū,* carmen Deo nostro.

Videbunt multi & timebunt: * & sperabunt in Domino.

Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius: * & non respexit in vanitates & insanias falsas.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: * & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annunciaui, & locutus sum: * multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium & oblationem noluisti: * aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum & pro peccato non postulasti, * tunc dixi: Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatẽ tuam: * Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.
Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna, * ecce labia mea non prohibebo: Domine tu scisti.
Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuũ dixi.
Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam * à concilio multo.
Tu autem Domine ne longẽ facias miserationes tuas à me: * misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.
Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: * comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderem.
Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: * & cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi Domine vt eruas me: * Domine ad adiuuandum me respice.
Confundantur & reuereantur simul qui quærunt animam meam, * vt auferant eam.
Conuertantur retrorsum, & reuereantur * qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam : * qui dicunt mihi: Euge, euge.
Exultent & lętentur super te omnes quęrentes te:* & dicant semper : Magnificetur Dominus:qui diligunt salutare tuum.
Ego autem mendicus sum , & pauper :* Dominus solicitus est mei .
Adiutor meus, & protector meus tu es:* Deus meus ne tardaueris .
Antiphona . Confundantur & reuereantur , qui quærunt animam meam , vt auferant eam . Antiphona. Alieni insurrexerunt in me , & fortes quæsierunt animam meam. Psalmus 55.
DEus in nomine tuo saluum me fac: * & in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem meam : * auribus percipe verba oris mei .
Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me , & fortes quæsierunt animam meam : * & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.
Ecce enim Deus adiuuat me: * & Dominus susceptor est animæ meæ .
Auerte mala inimicis meis : * & in veritate tua disperde illos .
Volun-

Voluntariè ſacrificabo tibi,* & confi-tebor nomini tuo Domine: quoniam bo-num eſt:

Quoniam ex omni tribulatione eripui-ſti me:* & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

Antiphona. Alieni inſurrexerũt in me, & fortes quæſierunt animam meam. ℣. Inſurrexerunt in me teſtes iniqui. ℟. Et mentita eſt iniquitas ſibi. Pater noſter.

LE ſeguenti Lettioni preſe ſono dal trattato, che fece S. Agoſtino ſopra i Salmi, e ſpecialmente ſopra il ſeſſanteſimo terzo. Exaudi Deus orationem meam, &c. *nel quale mirabilmente Dauid profeta prediſſe la paſsione del Signore.*

In queſto Trattato dimoſtra S. Agoſtino, che ſe bene molti Martiri per amor del Signore hanno patito grauiſsimi tormenti; nulladimeno niun di loro peruenne mai al ſegno di quelli, che patì il capo loro Chriſto Signor noſtro.

Ex tractatu S. Auguſtini Epiſcopi ſuper Pſalmos.

In Pſal. 63. ad verſ. 2. Lectio iiij.

PRotexiſti me Deus à conuentu mali-gnantium, à multitudine operantium

iniquitatem. Iam ipsum caput nostrum intueamur. Multi Martyres talia passi sunt, sed nihil sic elucet, quomodo caput Martyrum: ibi meliùs intuemur, quod illi experti sunt. Protectus est à multitudine malignantium, protegente se Deo, protegente carnem suam ipso Filio, & homine, quem gerebat: quia filius hominis est, & Filius Dei est. Filius Dei, propter formam Dei: filius hominis, propter formam serui, habens in potestatem ponere animam suam, & recipere eam. Quid ei potuerunt facere inimici? Occiderunt corpus, animam non occiderunt. Intendite. Parum ergo erat, Dominum hortari martyres verbo, nisi firmaret exemplo.

℟. Tamquàm ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me: * Quotidie apud vos eram in templo docens, & non me tenuistis: & ecce flagellatum ducitis ad crucifigendum.

℣. Cùmque iniecissent manus in Iesum, & tenuissent eum, dixit ad eos. Quotidie.

Lectio v.

NOstis qui conuentus erat malignantium Iudæorum, & quæ multitudo erat

erat operantium iniquitatem. Quam iniquitatem? Quia voluerunt occidere Dominum Iesum Christum. Tanta opera bona, inquit, ostendi vobis: propter quod horum me vultis occidere? Pertulit omnes infirmos eorum, curauit omnes languidos eorum, prædicauit regnum cælorum: non tacuit vitia eorum, vt ipsa potiùs eis displicerent, non medicus, à quo sanabantur. His omnibus curationibus eius ingrati, tamquàm multa febre phrenetici, insanientes in medicum, qui venerat curare eos, excogitauerunt consilium perdendi eum: tamquàm ibi volentes probare, vtrum verè homo sit, qui mori possit, an aliquid super homines sit, & mori se non permittat. Verbum ipsorum agnoscimus in Sapientia Salomonis. Morte turpissima, inquiunt, condemnemus eum. Interrogemus eum: erit enim respectus in sermonibus illius. Si enim verè Filius Dei est, liberet eum.

℟. Tenebræ factæ sunt, dùm crucifixissent Iesum Iudæi: & circa horam nonam exclamauit Iesus voce magna: Deus meus, vt quid me dereliquisti:

quisti : * Et inclinato capite emisit spiritum. ℣. Exclamans Iesus voce magna, ait : Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et inclinato capite.

Lectio vj.

EXacuerũt tamquàm gladium linguas suas. Non dicant Iudæi : Non occidimus Christum. Etenim propterea eum dederunt iudici Pilato, vt quasi ipsi à morte eius viderentur immunes. Nam cùm dixisset eis Pilatus, Vos eum occidite : responderunt, Nobis non licet occidere quemquam. Iniquitatem facinoris sui in iudicem hominem refundere volebant : sed numquid Deum iudicem fallebant? Quod fecit Pilatus, in eo ipso quod fecit, aliquantum particeps fuit : sed in comparatione illorum multò ipse innocentior. Institit enim quantum potuit, vt illum ex eorum manibus liberaret : nam propterea flagellatum produxit ad eos. Non persequendo Dominum flagellauit, sed eorum furori satisfacere volens : vt vel sic iam mitescerent, & desinerent velle occidere, cùm flagellatum viderent. Fecit & hoc. At vbi perseue-

rauerunt, noſtis illum lauiſſe manus, & dixiſſe, quod ipſe non feciſſet, mundum ſe eſſe à morte illius. Fecit tamen. Sed ſi reus, quia fecit vel inuitus: illi innocentes, qui coegerunt vt faceret? Nullo modo. Sed ille dixit in eum ſententiam, & iuſſit eum crucifigi, & quaſi ipſe occidit: & vos ò Iudæi occidiſtis. Vnde occidiſtis? Gladio linguæ: acuiſtis enim linguas veſtras. Et quando percuſſiſtis, niſi quando clamaſtis: Crucifige, crucifige?
℟. Animam meam dilectam tradidi in manus iniquorum, & facta eſt mihi hereditas mea, ſicut leo in ſylua: dedit contra me voces aduerſarius, dicens: Congregamini, & properate ad deuorandum illum: poſuerunt me in deſerto ſolitudinis, & luxit ſuper me omnis terra: * Quia non eſt inuentus qui me agnoſceret, & faceret bene. ℣. Inſurrexerunt in me viri abſque miſericordia, & non pepercerunt animæ meæ. Quia non eſt. Animam meam.

In tertio Nocturno.

Antiphona. Ab inſurgentibus in me libera me Domine, quia occupauerunt ani-

mam meam. Psalmus 58.

ERipe me de inimicis meis Deus meus: * & ab insurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem: * & de viris sanguinum salua me.

Quia ecce ceperunt animam meam: * irruerunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine: * sine iniquitate cucurri, & direxi.

Exurge in occursum meum, & vide: * & tu Domine Deus virtutum, Deus Israel,

Intende ad visitandas omnes Gentes: * non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem.

Conuertentur ad vesperam: & famē patientur vt canes, * & circuibunt ciuitatē.

Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labijs eorum: * quoniam quis audiuit?

Et tu Domine deridebis eos: * ad nihilum deduces omnes Gentes.

Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor me9 es: * Deus meus misericordia eius præueniet me.

Deus

Deus ostẽdet mihi super inimicos meos, ne occidas eos :* ne quando obliuiscantur populi mei.
Disperge illos in virtute tua :* & depone eos protector meus Domine:
Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum :* & comprehendantur in superbia sua.
Et de execratione & mendacio annunciabuntur in consummatione :* in ira consummationis, & non erunt.
Et scient, quia Deus dominabitur Iacob :* & finium terræ.
Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes :* & circuibunt ciuitatem.
Ipsi dispergentur ad manducandum :* si verò non fuerint saturati, & murmurabunt.
Ego autem cãtabo fortitudinem tuam :* & exultabo manè misericordiam tuam.
Quia factus es susceptor meus, * & refugium meum, in die tribulationis meæ.
Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es :* Deus meus misericordia mea.

Anti-

Antiphona. Ab insurgentibus in me libera me Domine, quia occupauerunt animam meam. Antiphona. Longè fecisti notos meos à me: traditus sum, & non egrediebar. Psalmus 87.

DOmine Deus salutis meæ: * in die clamaui, & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: * inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta est malis anima mea: * & vita mea inferno appropinquauit.

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum: * factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor ampliùs: * & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori: * in tenebrosis, & in vmbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus: * & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos à me: * posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, & non egrediebar: * oculi mei languerunt præ inopia.

Clama-

Clamaui ad te Domine tota dĩe;* expandi ad te manus meas.
Numquid mortuis facies mirabilia,* aut medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi?
Numquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam, * & veritatem tuam in perditione?
Numquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua:* & iuſtitia tua in terra obliuionis.
Et ego ad te Domine clamaui:* & manè oratio mea præueniet te.
Vt quid Domine repellis orationem meam:* auertis faciem tuam à me?
Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea:* exaltatus autem, humiliatus ſum & conturbatus.
In me tranſierunt iræ tuæ:* & terrores tui conturbauerunt me.
Circumdederũt me ſicut aqua tota die:* circumdederunt me ſimul.
Elongaſti à me amicum, & proximum:* & notos meos à miſeria.
Antiphona. Longè feciſti notos meos à me: traditus ſum, & non egrediebar.

Anti-

Antiphona. Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt. Psalmus 93.

DEus vltionum Dominus: * Deus vltionum liberè egit.

Exaltare qui iudicas terram: * redde retributionem superbis.

Vsquequò peccatores Domine: * vsquequò peccatores gloriabuntur:

Effabuntur, & loquentur iniquitatem: * loquẽtur omnes, qui operãtur iniustitiã?

Populum tuum Domine humiliauerũt: * & hereditatem tuam vexauerunt.

Viduam, & aduenam interfecerunt: * & pupillos occiderunt.

Et dixerunt: Non videbit Dominus: * nec intelliget Deus Iacob.

Intelligite insipientes in populo: * & stulti aliquando sapite.

Qui plantauit aurem, non audiet? * aut qui finxit oculum, non considerat?

Qui corripit gentes non arguet: * qui docet hominem scientiam?

Dominus scit cogitationes hominum, * quoniam vanæ sunt.

Beatus homo, quem tu erudieris Domine:

ne:

ne : * & de lege tua docueris eum.
Vt mitiges ei à diebus malis : * donec fodiatur peccatori fouea.
Quia non repellet Dominus plebẽ ſuã : * & hereditatem ſuam non derelinquet.
Quoadusque iuſtitia conuertatur in iudicium : * & qui iuxta illam omnes qui recto ſunt corde.
Quis conſurget mihi aduerſus malignantes ? * aut quis ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitatem ?
Niſi quia Dominus adiuuit me * paulominùs habitaſſet in inferno anima mea.
Si dicebam: Motus eſt pes meus: * miſericordia tua Domine adiuuabat me.
Secundùm multitudinẽ dolorum meorum in corde meo : * conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.
Numquid adhæret tibi ſedes iniquitatis : * qui fingis laborem in præcepto ?
Captabunt in animam iuſti : * & ſanguinem innocentem condemnabunt.
Et factus eſt mihi Dominus in refugiũ: * & Deus meus in adiutorium ſpei meæ.
Et reddet illis iniquitatẽ ipſorum : & in malitia eorum diſperdet eos : * diſperdet
illos

illos Dominus Deus noſter.

Antiphona. Captabunt in animam iuſti, & ſanguinem innocentē condemnabunt. ℣. Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa. ℟. Et ſermonibus odij circumdederunt me, & expugnauerunt me gratis. Paternoſter.

AVuertiti ſiamo nelle ſeguenti Lettioni da Paolo Apoſtolo di viuere piamente, e ſantamente, per poter poi ſalire in quel felice riposo della beata vita, preparatoci dal benedetto Chriſto con gl'infiniti ſuoi meriti.

De Epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos. Lectio vij. Cap. 4 & 5.

FEſtinemus ingredi in illam requiem: vt ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vſque ad diuiſionē animæ ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarū, & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis. Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius: omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo. Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit

netrauit cælos, Iesum Filium Dei: teneamus confessionem. Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.
℟. Tradiderunt me in manus impiorum, & inter iniquos proiecerunt me, & non pepercerunt animæ meæ: congregati sunt aduersum me fortes: * Et sicut gigantes steterunt contra me.
℣. Alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam. Et sicut.

Lectio viij.

ADeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ: vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quę sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis: qui condolere possit ijs, qui ignorant, & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate, & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis.
℟. Iesum tradidit impius summis principi-

cipibus sacerdotum, & senioribus populi: * Petrus autem sequebatur eum à longè, vt videret finem. ℣. Adduxerunt autem eum ad Caipham principem sacerdotum, vbi Scribæ & Pharisæi conuenerant. Petrus.

Lectio ix.

NEc quisquam sumit sibi honorem sed qui vocatur à Deo, tamquàm Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cùm clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia: Et quidem cùm esset Filius Dei, didicit ex ijs, quæ passus est, obedientiam; & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ, appellatus à Deo Pontifex iuxta ordinem Melchisedech.

℟. Caligauerunt oculi mei à fletu meo: quia elongatus est à me, qui consolabatur

batur me : Videte omnes populi,* Si eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus.

℣. O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite & videte. Si eſt dolor.

Caligauerunt.

AD LAVDES,

Antiphona.

Proprio Filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.

Pſalmus. Miſerere mei Deus.fol. 120.

Antiphona. Anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.

Pſalmus 142.

DOmine exaudi orationem meam: auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua:*exaudi me,in tua iuſtitia.

Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo:* quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam:* humiliauit in terra vitam meã.

Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi:* & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierũ antiquorũ, meditatus ſum in omnibus operibus tuis:* in factis

manuum tuarum meditabar.
E xpandi manus meas ad te: * anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me Domine: * defecit spiritus meus.
N on auertas faciem tuam à me: * & similis ero descendentibus in lacum.
A uditam fac mihi manè misericordiam tuam: * quia in te speraui.
N otam fac mihi viam, in qua ambulem: * quia ad te leuaui animam meam.
E ripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.
S piritus tuus bonus deducet me in terrã rectam: * propter nomen tuum Domine viuificabis me, in æquitate tua.
E duces de tribulatione animam meam: * & in misericordia tua disperdes inimicos meos.
E t perdes omnes, qui tribulant animam meam: * quoniam ego seruus tuus sum.
Antiph Anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.
Antiphona. Ait latro ad latronem: Nos quidem digna factis recipimus, hic autẽ
quid

quid fecit: Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum.

Psalmus. Deus Deus meus. fol. 124.

Antiphona Cùm conturbata fuerit anima mea Dñe, misericordiæ memor eris.

Canticum Habacuc. Cap. 3.

DOmine audiui auditionem tuam, * & timui.

Domine opus tuum * in medio annorum viuifica illud.

In medio annorum notum facies:* cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

Deus ab Austro veniet, * & sanctus de monte Pharan.

Operuit cælos gloria eius:* & laudis eius plena est terra.

Splendor eius vt lux erit: * cornua in manibus eius:

Ibi abscondita est fortitudo eius: * ante faciem eius ibit mors.

Et egredietur diabolus ante pedes eius:* Stetit, & mensus est terram.

Aspexit & dissoluit Gentes:* & contriti sunt montes sæculi.

Incuruati sunt colles mundi, * ab itine-

ribus æternitatis eius.
P ro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ,* turbabuntur pelles terræ Madian.
N umquid in fluminibus iratus es Domine? * aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua?
Q ui aſcendes ſuper equos tuos: * & quadrigæ tuæ ſaluatio.
S uſcitans ſuſcitabis arcum tuum: * iuramenta tribubus quæ locutus es.
F luuios ſcindes terræ: viderunt te,& doluerunt montes: * gurges aquarũ tranſijt.
D edit abyſſus vocem ſuam: * altitudo manus ſuas leuauit.
S ol, & Luna ſteterũt in habitaculo ſuo,* in luce ſagittarũ tuarum, ibunt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ.
I n fremitu conculcabis terram: * & in furore obſtupefacies Gentes.
E greſſus es in ſalutem populi tui: * in ſalutem cum Chriſto tuo:
P ercuſſiſti caput de domo impij:* denudaſti fundamentum eius vſque ad collũ.
M aledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorum eius: * venientibus vt turbo ad diſpergendum me.

E xul-

Exultatio eorum * ſicut eius, qui deuorat pauperem in abſcondito.
Viam feciſti in mari equis tuis, * in luto aquarum multarum.
Audiui, & cõturbatus eſt venter meus: * à voce contremuerunt labia mea.
Ingrediatur putredo in oſſibus meis, * & ſubter me ſcateat.
Vt requieſcam in die tribulationis: * vt aſcẽdam ad populum accinctum noſtrũ.
Ficus enim non florebit: * & non erit germen in vineis.
Mentietur opus oliuæ: * & arua non afferent cibum.
Abſcindetur de ouili pecus: * & non erit armentum in præſepibus.
Ego autem in Domino gaudebo: * & exultabo in Deo Ieſu meo.
Deus Dominus fortitudo mea: * & ponet pedes meos quaſi ceruorum.
Et ſuper excelſa mea deducet me victor * in pſalmis canentem.
Antiph. Cùm conturbata fuerit anima mea Domine, miſericordiæ memor eris.
Antiphona. Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum.

Psalmus. Laudate Dñm de cælis. fol. 128.
Veggasi la Dichiaratione, che comincia. Si tralascia, &c. à carte 131.
℣. Collocauit me in obscuris.
℟. Sicut mortuos sæculi.

Ad Benedictus, Antiphona

Posuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Iesus Nazarenus, Rex Iudæorũ.
Veggasi la dichiaratione, che comincia. Segue doppo il Cantico, &c. à car. 131.

Canticum Zachariæ. Luc. 1.

BEnedictus Dominus Deus Israel, * quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ.
Et erexit cornu salutis nobis: * in domo Dauid pueri sui.
Sicut locutus est per os sanctorum, * qui à sæculo sunt prophetarum eius.
Salutem ex inimicis nostris, * & de manu omnium, qui oderunt nos.
Ad faciendã misericordiã cum patribus nostris: * & memorari testamẽti sui sãcti.
Iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, * daturum se nobis.
Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, * seruiamus illi.

In

In ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo, * omnibus diebus noſtris.
Et tu puer, propheta Altiſſimi vocaberis: * præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.
Ad dandam ſciẽtiam ſalutis plebi eius: * in remiſſionem peccatorum eorum.
Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri: * in quibus viſitauit nos, oriens ex alto.
Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent: * ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.
Antiphona. Poſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam: Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorum.
Leggaſi la dichiaratione, che comincia.
L'vltima candela, &c. à carte 133.
℣ Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Pater noſter. ſecretò.
Pſalm Miſerere mei. fol. 120. Oratio.
Reſpice, quæſumus Domine ſuper hanc familiam tuam, pro qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus non dubitauit manibus tradi nocentium, & crucis ſubire tormentum. Qui tecum.

Veggasi la Dichiaratione, che comincia.
Li tre sudetti Versetti, &c. à car. 134.
L'altra. Lo strepito, &c. à car. 135.

Ad Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam, sicut in Cœna Domini.

FERIA SEXTA in Parasceue.

Veggasi la Dichiaratione, che comincia. Non haueuano gli Hebrei, &c. à car. 139

Statio

Statio ad S. Crucem in Ierusalem.

FInita Nona, Sacerdos & ministri induti paramentis nigri coloris, sine luminaribus & incenso procedunt ad Altare: & ante illud prostrati aliquandiu orant. Interim Acolythi vnam tantùm tobaleam extendunt super Altare. Sacerdos cum ministris facta oratione ascēdit ad Altare, & osculatur illud in medio: deinde Lector accedit ad legendum Prophetiam in loco vbi legitur Epistola, & incipit eam sine titulo: quam etiam Sacerdos legit submissa voce apud Altare in cornu Epistolæ.

DOppo Nona si celebra l'Vfficio del Venerdì santo, perche all'hora appunto spirò il benedetto Christo nella Croce.

Non si dice propriamente Messa in questo giorno, ma s'adopera l'Hostia consecrata hieri, perche offerendosi Christo istesso in sacrificio all'eterno Padre per la redentione del Mondo, non occorre, che il Sacerdote rappresentante l'istesso Christo di nouo l'offerisca.

La touaglia, che sola sopra l'Altare si pone, significa il lenzuolo, nel quale fù inuolto il Santissimo corpo del nostro Saluatore nel monumēto.

L'Vf-

L'Vfficio poi ſi comincia dalle Lettioni, perche facendoſi la commemoratione della Paſſione di Chriſto ſi conuiene fare alcuna ſolennità,

Leggeſi vna Lettione, e l'Epiſtola, perche il Signore è morto per due popoli, cioè per l'Hebreo, e per il Gentile. E leggonſi ſenza Titolo, perche queſto è il capo della Lettione, e noi ſiamo ſenza capo, eſſendo in queſto giorno vcciſo il benedetto Chriſto.

Leggeſi prima quella di Oſea Profeta, ſecondo quella dell'Eſſodo: perche noi intendeſſimo, che la legge, & i Profeti prediſſero molto tempo innanzi la Paſſione, & morte di Chriſto.

Oſeæ 6

HÆc dicit Dominus: In tribulatione ſua manè conſurgent ad me: Venite, & reuertamur ad Dominum: quia ipſe cæpit, & ſanabit nos: percutiet, & curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpectu eius. Sciemus, ſequemurq; vt cognoſcamus Dominum: quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius, & veniet quaſi imber nobis temporaneus, & ſerotinus terræ. Quid faciam tibi

Ephraim?

Ephraim? quid faciam tibi Iuda? misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens: Propter hoc dolaui in Prophetis, & occidi eos in verbis oris mei: & iudicia tua quasi lux egredientur. Quia misericordiam volui & non sacrificium, & scientiam Dei plus quàm holocausta.

Tractus. Habac. 3. Domine, audiui auditum tuum, & timui, consideraui opera tua, & expaui. ℣. In medio duorum animalium innotesceris; dum appropinquauerint anni, cognosceris: dum aduenerit tempus, ostenderis.

℣. In eo, dum conturbata fuerit anima mea: in ira, misericordiæ memor eris.

℣. Deus à Libano veniet, & sanctus de monte vmbroso, & condenso.

℣. Operuit cælos maiestas eius: & laudis eius plena est terra.

Finito Tractu Sacerdos in cornu Epistolæ dicit, Oremus. Diaconus, Flectamus genua. & Subdiaconus, Leuate. Oratio.

Deus, à quo & Iudas reatus sui pœnam, & confessionis suæ latro præmium sumpsit: concede nobis tuæ propitiatio-

tiationis effectum: vt, sicut in passione sua Iesus Christus Dominus noster diuersa vtrisque intulit stipendia meritorum: ita nobis, ablato vetustatis ero re, resurrectionis suæ gratiam largiatur. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus.

Subdiaconus in tono Epistolæ similiter sine titulo cantat sequentem Lectionem.

IN diebus illis: Dixit Dominus ad Moysen, & Aaron in terra Ægypti. Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israel, & dicite eis: Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias, & domos suas. Sin autem minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum, qui iunctus est domui suæ, iuxta numerum animarum, quæ sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque macula, masculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis & hædum. Et seruabitis eum vsque ad quartam decimam diem mensis huius: immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum

liorum Iſrael ad veſperam. Et ſument de ſanguine eius, ac ponent ſuper vtrumque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum, in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes cum lactucis agreſtibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed tantùm aſſum igni: caput cum pedibus eius & inteſtinis vorabitis. Nec remanebit quidquam ex eo vſque manè. Si quid reſiduum fuerit, igne comburetis. Sic autem comedetis illum: Renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter: eſt enim Phaſe (ideſt tranſitus.) Domini.

Tractus. Pſalmus 139.

℣. ripe me Domine ab homine malo: à viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerunt malitias in corde: tota die conſtituebant prælia. ℣. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentis: venenum aſpidum ſub labijs eorum. ℣. Cuſtodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis libera me. ℣. Qui cogitaue-

runt

runt ſupplantare greſſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.
℣ Et funes extenderunt in laqueum pedibus meis: iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi. ℣. Dixi Domino, Deus meus es tu: exaudi Domine vocem orationis meæ. ℣ Domine Domine virtus ſalutis meæ, obumbraſti caput meum in die belli. ℣ Ne tradas me à deſiderio meo peccatori: cogitauerunt aduerſus me: ne derelinquas me: ne vmquam exaltentur. ℣ Caput circuitus eorum: labor labiorum ipſorum operiet eos. ℣. Verumtamen iuſti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.

Finito Tractu, dicitur Paſſio ſuper nudum pulpitum: quam Celebrans ſubmiſſa voce legit in cornu Epiſtolæ.

SI legge in queſto giorno la Paſsione di Chriſto, deſcritta da S. Giouanni, sì perche fù l'vltimo de gli Euangeliſti, che ſcriſſe il ſuo Euangelio nell'Aſia in lingua Greca; sì anco perche fù preſente in tutte le attioni, trauagli, & alla Croce, e morte del Saluator del mondo. E letta queſta Paſsione ſopra il pulpito ignudo, perche ignudo morì il benedetto Chriſto ſu'l legno

PP Eremitani Camaldulen.

legno della Croce, essendo delle proprie vesti da' soldati spogliato.

Leggasi anco la Dichiaratione che, comincia. Quattro furono &c. à carte 29.

Passio Domini nostri Iesu Christi secundùm Ioannem. Cap. 18.

IN illo tẽpore: Egressus est Iesus cũ discipulis suis trans torrẽtẽ Cedrõ, vbi erat hortus, in quẽ introiuit ipse, & discipuli eius. Sciebat autẽ & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cùm accepisset cohortem, & à Pontificibus, & Pharisæis ministros, venit illuc cum laternis, & facibus, & armis. Iesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super eum, processit, & dixit eis: ✠ Quem quæritis? C Responderunt ei: S Iesum Nazarenum. C Dicit eis Iesus: ✠ Ego sum. C Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis: Ego

Ego ſum: abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos: ✠ Quem quæritis? C Illi autem dixerunt: S Ieſũ Nazarenum. C Reſpondit Ieſus: ✠ Dixi vobis, quia ego ſum: Si ergo me quæritis, ſinite hos abire. C Vt impleretur ſermo, quem dixit: Quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gladiũ eduxit eum: & percuſſit Pontificis ſeruũ, & abſcidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen ſeruo Malchus. Dixit ergo Ieſus Petro: ✠ Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? C Cohors ergo, & tribunus, & miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum: Et adduxerunt eum ad Annam primùm, erat enim ſocer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui conſilium dederat Iudæis: Quia expedit vnum hominẽ mori pro populo. Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus, & alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus Pontifici, & introiuit cum Ieſu in atrium Pontificis. Petrus autem ſtabat

ad

ad oſtium foris. Exiuit ergo Diſcipulus
alius, qui erat notus Pontifici, & dixit
oſtiariæ, & introduxit Petrum. Dicit ergo
Petro ancilla oſtiaria: S Nũquid & tu ex
diſcipulis es hominis iſtius? C Dicit ille:
S Non ſum. C Stabant autẽ ſerui, & mini-
ſtri ad prunas: quia frigus erat, & calefa-
ciebant ſe: erat autem cum eis & Petrus
ſtãs, & calefaciens ſe: Pontifex ergo inter-
rogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de do-
ctrina eius. Reſpondit ei Ieſus: ✠ Ego
palam locutus ſum mundo: ego ſemper
docui in Synagoga, & in templo, quò om-
nes Iudęi cõueniunt: & in occulto locu-
tus ſum nihil. Quid me interrogas? inter-
roga eos, qui audierunt quid locutus ſum
ipſis: ecce hi ſciunt, quæ dixerim ego. C
Hæc autem cùm dixiſſet, vnus aſſiſtens
miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens: S
Sic reſpõdes Pontifici? C Reſpõdit ei Ie-
ſus: ✠ Si malè locutus ſum, teſtimoniũ
perhibe de malo: Si autem benè, quid me
cædis? C Et miſit eum Annas ligatum ad
Caipham Pontificem. Erat autem Simon
Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Dixerunt
ergo ei: S Numquid & tu ex diſcipulis

eius es? C Negauit ille, & dixit: S Non ſum. C Dicit ei vnus ex ſeruis Pontificis cognatus eius, cuius abſcidit Petrus auriculam: S Nonnè ego te vidi in horto cum illo? C. Iterùm ergo negauit Petrus: & ſtatim gallus cantauit. Adducunt ergo Ieſum à Caipha in prætorium. Erat autē manè: & ipſi non introierunt in prętoriū, vt non contaminarentur, ſed vt mãducarēt Paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foràs, & dixit: S Quam accuſationē affertis aduerſus hominē hunc? C Reſponderunt, & dixerunt ei: S Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. C Dixit ergo eis Pilatus: S Accipite eum vos, & ſecundùm legem veſtrã iudicate eum. C Dixerunt ergo ei Iudæi. S Nobis non licet interficere quemquam. C Vt ſermo Ieſu impleretur, quem dixit: ſignificans qua morte eſſet moriturus. Introiuit ergo iterùm in prætorium Pilatus, & vocauit Ieſum, & dixit ei: S Tu es Rex Iudæorum? C Reſpondit Ieſus: ✠ A temetipſo hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? C Reſpondit Pilatus: S Numquid ego Iudæus ſum? Gens tua, & Ponti-
fices

fices tradiderunt te mihi: quid fecisti? C Refpondit Iefus: ✠ Regnũ meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meũ, miniſtri mei vtique decertarent, vt nõ traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non eſt hinc. C Dixit itaque ei Pilatus: S Ergo Rex es tu? C Reſpondit Ieſus: ✠ Tu dicis, quia Rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veui in mundum, vt teſtimoniũ perhibeam veritati: omnis, qui eſt ex veritate, audit vocem meam. C Dicit ei Pilatus: S Quid eſt veritas? C Et cùm hoc dixiſſet, iterùm exiuit ad Iudæos, & dicit eis: S Ego nullã inuenio in eo cauſam. Eſt autem conſuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Paſcha: vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum? C Clamauerunt ergo rurſum omnes, dicentes: S Non hunc ſed Barabbam. C Erat autem Barabbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit. Et milites plectentes coronã de ſpinis, impoſuerunt capiti eius: & veſte purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant: S Aue Rex Iudæorum. C Et dabant ei

alapas. Exiuit ergo iterùm Pilatus foràs,& dicit eis: S Ecce adduco vobis eum foràs, vt cognoſcatis quia nullam inuenio in eo cauſam. C (Exiuit ergo Ieſus portãs coronam ſpineam, & purpureum veſtimentum:) Et dicit eis: S Ecce homo. C Cùm ergo vidiſſent eum Pontifices, & miniſtri clamabant, dicentes: S Crucifige, crucifige eum. C Dicit eis Pilatus: S Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo cauſam. C Reſponderunt ei Iudæi: S Nos legem habemus, & ſecundùm legem debet mori, quia Filium Dei ſe fecit. C Cùm ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit. Et ingreſſus eſt prætorium iterum & dixit ad Ieſum: S Vnde es tu? C Ieſus autem reſponſum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: S Mihi non loqueris? neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te? C Reſpondit Ieſus: ✠ Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. C Et exinde quærebat Pilatus

latus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: S Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Omnis enim qui ſe regem facit, còntradicit Cæſari. C Pilatus autem cùm audiſſet hos ſermones, adduxit foràs Ieſum, & ſedit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraicè autem Gabbatha. Erat autem paraſceue Paſchæ, hora quaſi ſexta, & dicit Iudæis: S Ecce Rex veſter. C illi autem clamabant: S Tolle, tolle, crucifige eum. C Dicit eis Pilatus; S Regem veſtrum crucifigam? C Reſponderunt Pontifices; S Non habemus regem, niſi Cæſarem. C Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Suſceperunt autem Ieſum, & eduxerunt. Et baiulans ſibi crucem exiuit in eum, qui dicitut Caluariæ locum: Hebraicè autem Golgotha: vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc, & hinc, medium autē Ieſū: Scripſit autem & titulum Pilatus: & poſuit ſuper crucē. Erat autē ſcriptum: Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia propè ciuitatem erat locus, vbi crucifixus eſt

Iesus : Et erat ſcriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum : S Noli ſcribere, Rex Iudæorum : ſed quia ipſe dixit : Rex ſum Iudæorum. C Reſpondit Pilatus : S Quod ſcripſi, ſcripſi. C Milites ergo cùm crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius, (& fecerunt quatuor partes: vnicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis, deſuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem : S Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa, cuius ſit. Vt Scriptura impleretur, dicens : partiti ſunt veſtimenta mea ſibi : & in veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophę, & Maria Magdalene. Cùm vidiſſet ergo Ieſus matrem, & diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dixit matri ſuæ : Mulier ecce filius tuus. C Deinde dicit diſcipulo ; ✠ Ecce mater tua. C Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua. Poſteà ſciens Ieſus quia omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur Scriptura, dixit:

xit: ✠ Sitio. C Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenā aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cùm ergo accepisset Iesus acetum, dixit: ✠ Consummatum est. C Et inclinato capite tradidit Spiritum. Hic genuflectitur, & pausatur aliquantulum. Iudæi ergo (quoniam Parasceue erat) vt non remanerent in cruce corpora Sabbato, (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura; & alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cùm venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguinis, & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit; vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc vt scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterùm alia Scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt.

Quod sequitur, legitur in tono Euangelij

gelij, & dicitur, M unda cor meum. sed non petitur benedictio, & non deferuntur luminaria; neque incesum, & Celebrans in fine non osculatur librum.

POst hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathæa, (eò quòd esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco, vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouum in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter Parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

REcitata la Passione, seguitano le seguenti Orationi, modo non solito d'vsarsi in altri tempi da Santa Chiesa, per insegnarci, che sì come il benedetto Christo nella Croce pregò per li suoi crocifissori, così dobbiamo noi pregare

per quelli, che ci offendono.

In queste Orationi si prega per la Chiesa tutta, per li Giudei, e per i Gentili, per gli Heretici, e Scismatici, perche il Signore morì per tutti; e perche nella sua morte pregò per amici, e nemici.

Non si dice, Dominus vobiscum, *voce propria del Sacerdote, perche è morto Christo vero Sacerdote. Piega bene spesso le ginocchia, per mostrar à Dio maggior humiltà, e diuotione.*

Deinde Sacerdos stans in cornu Epistolæ, incipit absolutè iunctis manibus.

OREmus, dilectissimi nobis, pro Ecclesia sancta Dei: vt eam Deus & Dominus noster, pacificare, adunare, & custodire dignetur toto orbe terrarum: subijciens ei principatus, & potestates: detque nobis quietam, & tranquillam vitam degentibus, glorificare Deum Patrem omnipotentem. Oremus.

Diaconus. Flectamus genua.

Subdiaconus ℟. Leuate.

Oratio cantatur in tono feriali Orationis Missæ extensis manibus. Et hic modus seruatur in subsequentibus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui gloriam tuam omnibus in Christo gen-

gentibus reuelasti: custodi opera misericordiæ tuæ: vt Ecclesia tua toto orbe diffusa, stabili fide in confessione tui nominis perseueret. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum.
℟. Amen.

OReмus & pro beatissimo Papa nostro N. vt Deus & Dominus noster, qui elegit eum in ordine Episcopatus, saluum atque incolumen custodiat Ecclesiæ suæ sanctæ, ad regendum populum sanctum Dei. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens sempiterne Deus, cuius iudicio vniuersa fundantur: respice propitius ad preces nostras, & electum nobis Antistitem tua pietate conserua: vt Christiana plebs quæ te gubernatur auctore, sub tanto Pontifice, credulitatis suæ meritis augeatur. Per Dominum nostrum. ℟. Amen.

ORemus & pro omnibus Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, Acolythis, exorcistis, lectoribus, ostiarijs, confessoribus, virginibus, viduis, & pro omni populo sancto Dei.

O re-

Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens sempiterne Deus, cuius spiritu totum corpus Ecclesiæ sanctificatur & regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes: vt gratiæ tuæ munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per Dominum nostrum. ℟. Amen.

ORemus & pro Christianissimo Imperatore nostro N. vt Deus & Dominus noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes, ad nostram perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens sempiterne Deus in cuius manu sunt omnium potestates, & omnia iura regnorum; respice ad Romanum benignus Imperium: vt gentes, quæ in sua feritate confidunt, potentiæ tuæ dextera comprimantur. Per Dominum. ℟. Amen.

ORemus & pro catechumenis nostris; vt Deus & Dominus noster adapriat aures præcordiorum ipsorum, ianuamque misericordiæ: & per lauacrũ regenerationis accepta remissione omnium

nium peccatorum, & ipſi inueniantur in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Eccleſiam tuam noua ſemper prole fœcundas: auge fidem & intellectum catechumenis noſtris: vt renati fonte baptiſmatis, adoptionis tuæ filijs aggregentur. Per Dominum noſtrum.
℟. Amen.

ORemus, dilectiſſimi nobis, Deum Patrem omnipotentem, vt cunctis mundum purget erroribus: morbos auferat: famem depellat: aperiat carceres: vincula diſſoluat: peregrinantibus reditum: infirmantibus ſanitatem: nauigantibus portum ſalutis indulgeat.
Oremus. Flectamus genua.
℟. Leuate.

OMnipotens ſempiterne Deus, mæſtorum conſolatio, laborantium fortitudo: perueniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium: vt omnes ſibi in neceſſitatibus ſuis miſericordiam tuam gaudeant affuiſſe. Per Dominum. ℟. Amen.

O re-

OREmus & pro hęreticis & ſchiſmaticis: vt Deus & Dominus noſter eruat eos ab erroribus vniuerſis, & ad ſanctam matrem Eccleſiam catholicam atque Apoſtolicam reuocare dignetur.

Oremus. Flectamus genua.

℟. Leuate.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui ſaluas omnes, & neminem vis perire: reſpice ad animas diabolica fraude deceptas: vt omni hæretica prauitate depoſita, errantium corda reſipiſcant: & ad veritatis tuæ redeant vnitatem. Per Dominum noſtrum. ℟. Amen.

ORemus & pro perfidis Iudæis: vt Deus & Dominus noſter auferat velamen de cordibus eorum: vt & ipſi agnoſcant Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Non reſpondetur Amen. ſed ſtatim dicitur Oratio, vt infrà.

A Queſt'Oratione, nella quale ſi prega per li Giudei, non ſi dice, Flectamus genua; *perche il benedetto Chriſto hoggi da loro fù ſchernito e beffato à ginocchi piegati, quando hauendogli bendati gli occhi, lo percuoteuano con pu-*

gni,

gni, e schiaffi, dicendo. Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?

OMnipotens sempiterne Deus, qui etiam Iudaicam perfidiam à tua misericordia non repellis: exaudi preces nostras, quas pro illius populi obcæcatione deferimus: vt, agnita veritatis tuæ luce, quæ Christus est, à suis tenebris eruantur. Per eumdem Dominum.

℟. Amen.

ORemus & pro paganis: vt Deus omnipotens auferat iniquitatem à cordibus eorum: vt relictis idolis suis, conuertantur ad Deum viuum & verum, & vnicum Filium eius Iesum Christum Deum & Dominum nostrum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens sempiterne Deus, qui nō mortem peccatorum, sed vitam semper inquiris: suscipe propitius orationem nostram: & libera eos ab idolorum cultura: & aggrega Ecclesiæ tuæ sanctæ, ad laudem & gloriam nominis tui. Per Dominum nostrum. ℟. Amen.

Completis orationibus, Sacerdos deposita casula accedit ad cornu Epistolæ, & ibi

ibi in posteriori parte anguli Altaris accipit à Diacono Crucem iam in Altari præparatam: quam versa facie ad populum, à summitate parum discooperit, incipiens solus Antiphonam, Ecce lignum crucis. ac deinceps in reliquis iuuatur in cantu à ministris vsque ad, Venite adoremus. Choro autem cantante, Venite adoremus. omnes se prosternunt, excepto Celebrante. Deinde procedit ad anteriorem partem anguli eiusdem cornu Epistolæ: & discooperiens brachium dextrum Crucis, eleuansque eam paulisper, altius quàm primò, incipit, Ecce lignum crucis. alijs cantantibus, & adorantibus, vt suprà. Deinde Sacerdos procedit ad medium Altaris, & discooperiens Crucem totaliter, ac eleuans eam, tertiò altius incipit, Ecce lignum crucis. alijs cantantibus, & adorantibus, vt suprà.

Ecce lignum crucis, in quo salus mundi pependit.

Chorus.

℟. Venite adoremus.

Finita l'Oratione, si viene à discoprire la Croce ilche si fà tre volte dal Sacerdote,

per

per dimostrar, che il benedetto Christo fù tre volte schernito da i Giudei nella sua passione.

La prima, quando nel palaggio di Caifasso; hauendoli velato la faccia, schernendolo, diceuano, Profetiza nobis. *In segno di che il Sacerdote nõ scuopre alla prima volta la faccia del Crocifisso, La seconda in casa di Pilato, all'hora che condannato à morte quei maluaggi ministri, ponendoli nel capo la Corona di spine, lo scherniuano, salutandolo come Rè, dicendo,* Aue Rex Iudæorum. *In segno di che scuopre il Sacerdote in questa seconda volta il Capo, e la faccia del Crocifisso, La terza, quando che posto in Croce, sotto quella passando i Giudei, lo scherniuano, dicendo.* Vah qui destruis Tẽplum Dei. *E perche all'hora Christo pendeua in Croce ignudo, però il Sacerdote in questa terza volta mostra tutto ignudo il Crocifisso, leuando affatto il velo.*

Si scuopre anco la Croce in tre luoghi, prima nella parte destra dell'Altare, intesa per la Palestina, oue prima si cominciò à conoscere il benedetto Christo, & à predicarsi la sua passione.

Il secondo luogo doue si scuopre la Croce, è pure

pure nella parte destra, oue si leggono l'Epistole, simbolo di Gerusalem, doue risedeuano i Dottori della legge, e perciò quiui si scuopre, perche quiui più che altroue scoprì Christo la sua Dottrina.

Il terzo luogo è nel mezo dell' Altare, per dimostrare, che nel monte Caluario in mezzo à due Ladroni si fece Christo conoscere per verò Figliuolo di Dio.

Si scuopre in oltre la Croce tre volte, perche àpoco à poco si predicò Christo Crocifisso, prima in alcune parti della Giudea, doppo in publico, e finalmente nel mezo de' Gentili.

Alla fine si saluta, & adora tre volte la Santa Croce, per ricompensare con ogni humiltà, e riuerenza quelle tre illusioni, e disprezzi fatti da Giudei à Christo Crocifisso, di sopra accennate.

Posteà Sacerdos solus portat Crucem ad locum ante Altare præparatum, & genuflexus ibidem eam locat: mox depositis calceamentis, accedit ad adorandam Crucem, ter genua flectens antequàm eam deosculetur. Hoc facto reuertitur, & accipit calceamenta, & casulam. Postmodum ministri Altaris, deinde alij

clerici & laici, bini & bini, ter genibus flexis, vt dictum est, Crucem adorant. Interim, dum fit adoratio Crucis, cantantur improperia, & alia quæ sequuntur, vel omnia, vel pars eorum, prout multitudo adorantium vel paucitas requirit, modo inferiùs posito.

IN questo giorno Christo nostro Redentore da tre sorti di persone; che si ritrouarono presenti alla sua morte, fù schernito, e vilipeso: cioè da Greci, Latini, & Hebrei; però da Santa Chiesa nell'istesse tre lingue questa mattina viene lodato; perche Sanctus, *è Latino,* Agios *Greco,* popule meus, *douerebbe esser detto in Hebreo, ma per nostra intelligenza e posto Latino.*

Deuesi in questo luogo notare Christo essere stato da' Giudei in molte cose accusato, ma in particolare di tre.

Prima, ch' egli hauesse negato douersi dare il tributo à Cesare, onde improuera loro di hauerli liberati dalla lunga, e dura seruitù dell'Egitto.

La seconda accusa fù, ch'egli si faceua Rè. & esso gli dice hauergli nel diserto gouernati lautamente pascendoli con la dolce manna, e da-

to loro vna terra ricca, & opulenta.

Terzo opposero à Christo, ch' egli souertiua il popolo, e distruggeua la legge: & egli rinfaccia loro hauergli creati, mantenuti, & ingranditi, ma essi all'incontro l'hanno schernito, villaneggiato, e finalmente morto.

Duo cantores in medio chori cantant.

℣. Popule meus, vsque ad Agios ò theos.

℣. Popule meus, quid feci tibi? aut in quo contristaui te? responde mihi?

℣. Quia eduxi te de terra Ægypti: parasti crucem Saluatori tuo. Vnus chorus cantat, Agios ò theos. Alius chorus respondet. Sanctus Deus.

Primus chorus Agios ischyrios.

Secundus chorus Sanctus fortis.

Primus chorus. Agios athanatos, eleison imas. Secundus chorus Sanctus immortalis miserere nobis.

Posteà duo de secundo choro cantant. ℣. Quia eduxi te per desertum quadraginta annis: & manna cibaui te, & introduxi te in terram satis bonam, parasti crucem Saluatori tuo. Chori respondent alternatim, Agios ò theos &c. Sanctus Deus, &c. ita tamen, vt primus

mus chorus semper repetat. Agios. Deinde duo de primo choro cantant.

℣. Quid vltrà debui facere tibi, & non feci? Ego quidem plantaui te vineam meam speciosissimam: & tu facta es mihi nimis amara: aceto namque sitim meam potasti: & lancea perforasti latus Saluatori tuo.

Item chori alternatim respondent.

Agios ò theos. Sanctus. &c.

R*Infaccia similmente il Signore ne i seguenti Versi al popolo Hebreo tanti altri beneficij in varij e diuersi tempi da quello riceuuti, e ciò meritamente inuero; essendo stato tanto ingrato, e disleale, che in vece di ringratiarlo, hà quello in questi giorni sì malamente trattato, dandoli hoggi vna sì attroce, & ignominiosa morte, come fù quella della Croce.*

Versus sequentis improperij à duobus cantoribus alternatim cantantur vtroque choro simul repetente post quemlibet versum. Popule meus. vsque ad. Quia eduxi te de terra Ægypti. Duo de secundo choro cantant. ℣. Ego propter te flagellaui Ægyptum cum primogenitis suis: & tu me flagellatum tradidisti.

Cho-

Chorus repetit. Popule meus.
Duo de primo choro ℣. Ego eduxi te de Ægypto, demerſo Pharaone in mare rubrum: & tu me tradidiſti principibus ſacerdotum. Chorus. Popule meus. Duo de ſecundo choro ℣. Ego ante te aperui mare: & tu aperuiſti lancea latus meum. Chorus. Popule meus. Duo de primo choro. ℣. Ego ante te præiui in columna nubis: & tu me miſiſti ad prætorium Pilati. Chorus. Popule meus. Duo de ſecundo choro. ℣. Ego te paui manna per deſertum; & tu me cecidiſti alapis, & flagellis. Chorus. Popule meus. Duo de primo choro. ℣. Ego te potaui aqua ſalutis de petra: & tu me potaſti felle & aceto. Chorus. Popule meus.
Duo de ſecundo choro. ℣. Ego propter te Chananæorum reges percuſſi: & tu percuſſiſti arundine caput meum. Chorus. Popule meus.
Duo de primo choro. ℣. Ego dedi tibi ſceptrum regale: & tu dediſti capiti meo ſpineam coronam. Chorus. Popule meus. Duo de ſecundo choro.
℣. Ego te exaltaui magna virtute: & tu me

me suspendisti in patibulo crucis. Chorus. Popule meus.

Deinde cantatur communiter.

Antiphona. Crucem tuam adoramus Domine: & sanctam resurrectionem tuam laudamus, & glorificamus: ecce enim propter lignum venit gaudium in vniuerso mundo.

Psalmus. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri, Et repetitur immediatè Antiphona. Crucem tuam.

Si adora da noi la Santa Croce, perche in quella essendo morto il nostro Redentore, habbiamo da lei riceuuta la salute.

Postea cantatur. ℣. Crux fidelis. cum Hymno. Pange lingua gloriosi, & post quemlibet eius versum repetitur, Crux fidelis. vel, Dulce lignum. eo modo quò inferius notatur.

Crux fidelis, inter omnes arbor vna nobilis: nulla silua talem profert, fronde, flore, germine. Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinet. Hymnus.

Pange lingua gloriosi lauream certaminis, & super crucis tropheo dic trium-

triumphum nobilem: qualiter Redemptor orbis immolatus vicerit. Repetitur. Crux fidelis, vfque ad, Dulce lignum. Et fic fit quoties repetitur, Crux fidelis.
℣. De parentis protoplafti fraude factor condolens: quando pomi noxialis in necem morfu ruit: ipfe lignum tunc notauit, damna ligni vt folueret. Repetitur. Dulce lignum. ℣. Hoc opus noftræ falutis ordo depopofcerat: multiformis proditoris ars vt artem falleret: medelam ferret inde, hoftis vnde læferat.
Repetitur, Crux fidelis.
℣. Quando venit ergo facri plenitudo temporis, miffus eft ab arce Patris Natus, orbis conditor: atque ventre virginali carne amictus prodijt. Repetitur. Dulce lignum. ℣. Vagit infans inter arcta conditus præfepia: membra pannis inuoluta virgo mater alligat: & Dei manus, pedefque ftricta cingit fafcia.
Repetitur, Crux fidelis. ℣. Luftra fex qui iam peregit, tempus implens corporis, fponte libera Redemptor paffioni deditus, Agnus in crucis leuatur immolandus ftipite.

Repetitur. Dulce lignum. ℣. Felle potus ecce languet, ſpina, claui, lancea mite corpus perforarunt, vnda manat, & cruor: terra, pontus, aſtra, mundus, quo lauantur flumine!
Repetitur. Crux fidelis. ℣. Flecte ramos arbor alta, tenſa laxa viſcera, & rigor lenteſcat ille, quem dedit natiuitas: & ſuperni membra Regis tende miti ſtipite.
Repetitur. Dulce lignũ. ℣. Sola digna tu fuiſti ferre mundi victimam: atque portũ præparare arca mundo naufrago, quam ſacer cruor perunxit, fuſus Anni corpore.
Repetitur. Crux fidelis.
℣. Sempiterna ſit beatæ Trinitati gloria, æqua Patri, Filioque, par decus Paraclito: vnius, trinique nomen laudet vniuerſitas. Amen.
Repetitur. Dulce lignum.
Circa finem adorationis Crucis accenduntur candelæ ſuper Altare: & Diaconus accipiens burſam corporalium, extendit corporale more ſolito, & iuxta illud ponit purificatorium: & finita adoratione, Crucem reuerenter accipit, & reportat ad Altare. Poſteà ordinatur proceſſio ad lo-

cum, vbi pridie Sacramentum repositum fuerat. Præcedit Subdiaconus cum Cruce inter duos Acolythos deferentes candelabra cum cereis accensis, & Clerus per ordinem, vltimus Sacerdos cum ministris. Cùm peruentum fuerit ad locum Sacramenti, accenduntur intorticia, quæ non extinguuntur nisi post sumptionem Sacramenti: & Sacerdos genuflectit ante Sacramentum, orat aliquantulum: Diaconus interim aperit capsulam, in qua reconditum est corpus Domini: posteà Sacerdos surgens absque benedictione imponit incensum in duobus thuribulis, Diacono nauiculam ministrante, & genuflexus incensat Sacramentum: tùm Diaconus extrahens Calicem cum Sacramento de Capsula, dat ad manus Sacerdotis, & tegit extremitatibus veli, quod humeros illius circumdat: & procedunt ordine quo venerunt: defertur baldachinum super Sacramentum: & duo Acolythi cum thuribulis continuè Sacramentum incensant: interim cantatur.

Hymnus.

VExilla Regis prodeunt:
Fulget Crucis myſterium,
Qua vita mortem pertulit,
Et morte vitam protulit.
Quæ vulnerata lanceæ
Mucrone diro criminum
Vt nos lauaret ſordibus,
Manauit vnda, & ſanguine.
Impleta ſunt, quæ concinit,
Dauid fideli carmine,
Dicendo nationibus:
Regnauit à ligno Deus.
Arbor decora, & fulgida,
Ornata Regis purpura,
Electa digno ſtipite
Tam ſancta membra tangere.
Beata, cuius brachijs
Pretium pependit ſæculi,
Statera facta corporis,
Tulitq. prædam Tartari.
O Crux aue ſpes vnica
Hoc paſſionis tempore
Pijs adauge gratiam,
Reiſq. dele crimina.
Te fons ſalutis Trinitas,
Collaudet omnis ſpiritus:

Qui-

Quibus Crucis victoriam
Largiris adde præmium. Amen.

Cùm venerit Sacerdos ad Altare posito super illud Calice, genuflexus rursum incensat, & accedens deponit Hostiam in Calice super patenam, quam Diaconus tenet: & accipiens patenam de manu Diaconi Hostiam sacram ponit super corporale, nihil dicens. Si tetigerit Sacramentum, digitos abluat in aliquo vase. Interim Diaconus imponit vinum in Calicem, & Subdiaconus aquam, quam Sacerdos non benedicit, nec dicit super eam Orationem consuetam: sed accipiens Calicem à Diacono, ponit super Altare, nihil dicens: & Diaconus illum cooperit palla: deinde imponit incensum in thuribulo absque benedictione, & incensat oblata, & Altare more solito genuflectens ante & post, & quandocumque transit ante Sacramentum.

Cùm incensat oblata, dicit.

INcensum istud à te benedictum, ascendat ad te Domine: & descendat super nos misericordia tua.

Cùm

Cùm incensat Altare dicit.

DIrigatur Domine oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis: vt non declinet cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.

Quando reddit thuribulum Diacono, dicit.

ACcendat in nobis Dominus ignem sui amoris, & flammam æternæ caritatis, Amen.

Et ipse non incensatur.

Posteà aliquantulum extra Altare in cornu Epistolæ lauat manus, nihil dicens; deinde in medio Altaris inclinatus, iunctis manibus dicit:

IN spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur à te, Domine: & sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi Domine Deus.

Deinde versus ad populum in cornu Euangelij, dicit more solito.

ORate fratres, vt meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem Omnipotentem.

Et per eamdem viam reuertitur, non perficiens circulum; & consequenter, omissis alijs, dicit:

ORemus. Præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati, audemus dicere.

Pater noster, qui es in cælis: sanctificetur nomen tuum: adueniat regnum tuũ: fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

Sacerdos, sub silentio dicto, Amen. eadem voce, qua dixit. Pater noster, absolutè sine Oremus, in tono Orationis Missæ ferialis dicit.

LIbera nos, quæsumus Domine, ab omnibus malis, præteritis, præsentibus, & futuris: & intercedente beata & gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro &

Pau-

Paulo, atque Andrea & omnibus sanctis, da propitius pacem in diebus nostris: vt ope misericordię tuæ adiuti, & à peccato simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi. Per eumdem Dominum &c.

℟. Amen.

Tunc Celebrans facta reuerentia vsque ad terram, supponit patenam Sacramento, quod in dextera accipiens, eleuat vt videri possit à populo: & statim supra Calicem diuidit in tres partes, quarum vltimam mittit in Calicem more solito, nihil dicens. Pax Domini, non dicitur, nec Agnus Dei, neque pacis osculum datur.

Postmodum prætermissis duabus primis Orationibus, dicit tantùm sequentem.

Perceptio Corporis tui, Domine Iesu Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi proueniat in iudiciũ & condemnationem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis & corporis, & ad medelam percipiendam. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Tum

Tum genuflectit, & accipit patenam cum corpore Christi, & maxima humilitate ac reuerentia dicit: Panem cælestem accipiam, & nomen Domini inuocabo.

Percutit pectus suum, ter dicens: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantùm dic verbo, & sanabitur anima mea.

Postea signet se Sacramento, dicens: Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitam ęternam. Amen.

Et sumit corpus reuerenter.

Deinde omissis omnibus, quę dici solent ante sumptionem Sanguinis, immediatè particulam Hostiæ cum vino reuerenter sumit de Calice. Et, more solito factà ablutione digitorum, & sumpta purificatione, in medio Altaris inclinatus, manibus iunctis dicit: Quod ore sumpsimus Domine, pura mente capiamus: & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.

Non dicitur, Corpus tuum Domine, nec Postcommunio, nec Placeat tibi, nec datur benedictio: sed, facta reuerentia

Altari, Sacerdos cum ministris discedit: & dicuntur Vesperæ sine cantu: & denudatur Altare.

Ad Vesperas Antiphonæ & Psalmi præteriti diei dicuntur sine cantu.

Ad Magnificat, Antiphona.

Cùm accepisset acetum, dixit: Consummatum est, & inclinato capite emisit spiritum.

℣. Christus factus est, & alia vt suprà ad Matutinum. fol. 135.

Il seguente Matutino con le Laudi, si dice il Venerdì Santo da sera per il Sabbato Santo.

SABBATO SANCTO.

Veggasi la Dichiaratione, che comincia. Per tre giorni &c. à car. 86. E l'altra. Essendosi il benedetto Christo, &c. à car. 87.

AD MATVTINVM.

In primo Nocturno, Antiphona.

In pace in idipsum dormiam & requiescam.

Psalmus 4.

CVm inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: * in tribulatione dilatasti mihi.

Mi-

Miserere mei, * & exaudi orationem meam.
Filij hominum vsquequò graui corde? * vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?
Et scitote, quoniam mirificauit Dominus sanctum suum: * Dominus exaudiet me cùm clamauero ad eum.
Irascimini, & nolite peccare: * quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.
Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. * Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?
Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: * dedisti lætitiam in corde meo.
A fructu frumenti, vini, & olei sui* multiplicati sunt.
In pace in idipsum* dormiam, & requiescam;
Quoniam tu Domine singulariter in spe * constituisti me.
Antiphona. In pace in idipsum, dormiam & requiescam. Antiphona. Habitabit in tabernaculo tuo, requiescet

in monte ſancto tuo. Pſalmus 14.

DOmine, quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingreditur ſine macula, * & operatur iuſtitiam:

Qui loquitur veritatem in corde ſuo, * qui non egit dolum in lingua ſua:

Nec fecit proximo ſuo malum, * & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.

Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus: * timentes autem Dominum glorificat:

Qui iurat proximo ſuo, & non decipit, * qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & munera ſuper innocentem non accepit:

Qui facit hæc, * non mouebitur in æternum.

Antiphona. Habitabit in tabernaculo tuo, requieſcet in monte ſancto tuo.

Antiphona. Caro mea requieſcet in ſpe.

Pſalmus 15.

COnſerua me Domine, quoniam ſperaui in te. * Dixi Domino: Deus meus

meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui ſunt in terra eius :* mirificauit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum :* poſteà accelerauerunt.

Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus : * nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei :* tu es, qui reſtitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderũt mihi in præclaris,* etenim hereditas mea præclara eſt mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: *inſuper & vſque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper :* quoniam à dextris eſt mihi ne commouear.

Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea: * inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno : * nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: * delectationes in dextera tua vsque in finem.
Antiph. Caro mea requiescet in spe.
℣. In pace in idipsum.
℟. Dormiam & requiescam.
Pater nòster.
Veggasi la Dichiaratione, che comincia, Pianse Geremia &c. à carte 96.

De lamentatione Ieremiæ Prophetæ.

Lectio i. Cap.3. Heth.

Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes eius. Heth. Noui diluculò, multa est fides tua. Heth. Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum. Teth. Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. Teth. Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei. Teth. Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. Iod. Sedebit solitarius & tacebit: quia leuauit super se. Iod. Ponet in puluere os suum, si fortè sit spes. Iod. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs. Ierusalem, Ierusalem, con-

conuertere ad Dominum Deum tuum.
℟. Sicut ouis ad occisionem ductus est, & dùm malè tractaretur, non aperuit os suum: traditus est ad mortem, * Vt viuificaret populum suum.
℣. Tradidit in mortem animam suam, & inter sceleratos reputatus est. Vt viuificaret. Lectio ij. Cap. 4. Aleph.
Qvomodo obscuratum est aurum, mũtatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum? Beth. Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli? Ghimel. Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos: filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto. Daleth. Adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in siti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. He. Qui vescebantur voluptuosè, interierunt in vijs: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. Vau. Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in mo-

mento, & non ceperunt in ea manus. Ierusalem, Ierusalem, conuertere ad Dominum Deum tuum.

℟. Ierusalem surge, & exue te vestibus iucunditatis: induere cinere & cilicio, * Quia in te occisus est Saluator Israel.

℣. Deduc quasi torrentem lacrymas per diem & noctem, & non taceat pupilla oculi tui. Quia in te.

Initi i pianti, e le querele di Gieremia Profeta, per le disgratie, e calamità del suo popolo, in questa Oratione si volta à Dio, e lo prega ad hauer del suo popolo misericordia, non permettendo, che più l'infelice in tanti trauagli, e miserie stia, come fin'all'hora ritrouato s'era. Onde santa Chiesa di questa stessa Oratione si serue, nella quale come in persona del detto Profeta, prega Dio non solo per i peccatori, ma anco per il popolo Hebreo.

Incipit Oratio Ieremiæ Prophetæ.

Lectio j. Cap. 5.

Recordare Domine quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobrium nostrum. Hereditas nostra versa est ad alienos: domus nostræ ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre, matres no-

noſtræ quaſi viduæ. Aquam noſtram pecunia bibimus: ligna noſtra pretio comparauimus. Ceruicibus noſtris minabamur, laſſis non dabatur requies. Ægypto dedimus manum, & Aſſyrijs, vt ſaturaremur pane. Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt: & nos iniquitates eorum portauimus. Serui dominati ſunt noſtri: non fuit qui redimeret de manu eorum. In animabus noſtris afferebamus panem nobis, à facie gladij in deſerto. Pellis noſtra, quaſi clibanus, exuſta eſt à facie tempeſtatum famis. Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda.

Ieruſalem, Ieruſalem, conuertere ad Dominum Deum tuum.

℟. Plange quaſi virgo plebs mea: vlulate paſtores in cinere & cilicio: * Quia venit dies Domini magna, & amara valdè. ℣. Accingite vos ſacerdotes, & plangite miniſtri altaris, aſpergite vos cinere. Quia venit. Plange quaſi virgo.

In ſecundo Nocturno, Antiphona.

Eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. Pſalmus 23.

DOmini eſt terra, & plenitudo eius: * orbis terrarum, & vniuerſi, qui habitant in eo.

Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: * & ſuper flumina præparauit eum.

Quis aſcendet in montem Domini? * aut quis ſtabit in loco ſancto eius?

Innocens manibus & mundo corde,* qui non accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionem à Domino:* & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.

Hæc eſt generatio quærentium eum, * quærentium faciem Dei Iacob.

Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ.

Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis & potens: * Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ.

Quis eſt iſte Rex gloriæ? * Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ.

Antiphona. Eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.

An-

Antiphona. Credo videre bona Domini in terra viuentium. Pſalmus 26.

DOminus illuminatio mea, & ſalus mea, * quem timebo?

Dominus protector vitæ meę,* à quo trepidabo?

Dum appropiant ſuper me nocentes, * vt edant carnes meas:

Qui tribulant me inimici mei, * ipſi infirmati ſunt & ceciderunt.

Si conſiſtant aduerſum me caſtra, * non timebit cor meum.

Si exurgat aduerſum me prælium, * in hoc ego ſperabo.

Vnam petij à Domino, hanc requiram, * vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitę meæ.

Vt videam voluptatem Domini, * & viſitem templum eius.

Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo: * in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.

In petra exaltauit me: * & nunc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos.

Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis; * cantabo, &

pſal-

psalmum dicam Domino.
E xaudi Domine vocem meam, qua clamaui ad te: * miserere mei, & exaudi me.
T ibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: * faciem tuam Domine requiram.
N e auertas faciem tuam à me: * ne declines in ira à seruo tuo.
A diutor meus esto: * ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.
Q uoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: * Dominus autem assumpsit me.
L egem pone mihi Domine in via tua: * & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.
N e tradideris me in animas tribulantiū me: * quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.
C redo videre bona Domini: * in terra viuentium.
E xpecta Dominum, viriliter age; * & cōfortetur cor tuum, & sustine Dominum.
Antiphona. Credo videre bona Domini in terra viuentium.
Antiphona. Domine abstraxisti ab inferis ani-

xis animam meam. Psalmus 29.

EXaltabo te Domine, quoniam suscepisti me: * nec delectasti inimicos meos super me.

Domine Deus meus clamaui ad te, * & sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam: * saluasti me à descendentibus in lacum.

Psallite Domino sancti eius: * & confitemini memoriæ sanctitatis eius.

Quoniam ira in indignatione eius: * & vita in voluntate eius.

Ad vesperum demorabitur fletus: * & ad matutinum lætitia.

Ego autem dixi in abundantia mea: * Non mouebor in æternum.

Domine in voluntate tua, * præstitisti decori meo virtutem.

Auertisti faciem tuam à me, * & factus sum conturbatus.

Ad te Domine clamabo; * & ad Deum meum deprecabor.

Quæ vtilitas in sanguine meo, * dum descendo in corruptionem?

Numquid confitebitur tibi puluis, * aut annun-

annunciabit veritatem tuam?

A udiuit Dominus, & misertus est mei: * Dominus factus est adiutor meus.

C õuertisti planctum meum in gaudium mihi:* conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia:

V t cantet tibi gloria mea; & non compungar: * Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

Antiphona. Domine abstraxisti ab inferis animam meam.

℣. Tu autem Domine miserere mei.

℞. Et resuscita me, & retribuam eis.

P ater noster.

Veggasi la Dichiaratione, che comincia. Contengono &c: à carte 109.

Ex tractatu sancti Augustini Episcopi super Psalmos.

In Psal.63.vers.7. Lectio iiij.

ACcedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Illi dixerunt, Quis nos videbit? Defecerunt scrutantes scrutationes, consilia mala. Accessit homo ad ipsa consilia, passus est se teneri, vt homo. Non enim teneretur, nisi homo, aut videretur, nisi homo, aut cæderetur, nisi homo,

homo, aut crucifigeretur, aut moreretur, niſi homo. Acceſſit ergo homo ad illas omnes paſſiones, quæ in illo nihil valerent, niſi eſſet homo. Sed, ſi ille non eſſet homo, non liberaretur homo. Acceſſit homo ad cor altum, ideſt, cor ſecretum obijciens aſpectibus humanis hominem, ſeruans intus Deum: celans formam Dei, in qua æqualis eſt Patri, & offerens formam ſerui, qua minor eſt Patre.

℟. Receſſit paſtor noſter, fons aquæ viuæ, ad cuius tranſitum ſol obſcuratus eſt: * Nam & ille captus eſt, qui captiuū tenebat primum hominem: hodie portas mortis & ſeras pariter Saluator noſter diſrupit. ℣. Deſtruxit quidē clauſtra inferni & ſubuertit potentias diaboli. Nam & ille.

Lectio v.

QVò perduxerunt illas ſcrutationes ſuas, quas perſcrutantes defecerunt, vt etiam mortuo Domino, & ſepulto, cuſtodes ponerent ad ſepulchrum? Dixerunt enim Pilato: Seductor ille: hoc appellabatur nomine Dominus Ieſus Chriſtus, ad ſolatium ſeruorū ſuorum, quando dicuntur ſeductores:

ergo illi Pilato: Seductor ille, inquiunt, dixit adhuc viuens: Post tres dies resurgam. Iube itaque custodiri sepulchrum vsque in diem tertium, ne fortè veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus; Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus. ℟. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, * Si est dolor similis sicut dolor meus.
℣. Attendite vniuersi populi, & videte dolorem meum. Si est dolor.

Lectio vj.

POsuerunt custodes milites ad sepulchrum. Concussa terra Dominus resurrexit: miracula facta sunt talia circa sepulchrum, vt & ipsi milites, qui custodes aduenerant, testes fierent, si vellent vera nunciare. Sed auaritia illa, quæ captiuauit discipulum comitem Christi, captiuauit & militem custodem sepulchri. Damus, inquiunt, vobis pecuniam: & dicite, quia vobis dormientibus venerunt disci-

discipuli eius, & abstulerunt eum. Verè defecerunt scrutantes scrutationes Quid est, quod dixisti, ò infelix astutia? Tantumne, deseris lucē consilij pietatis, & in profunda versutia demergeris, vt hoc dicas: Dicite, quia vobis dormientibus venerunt discipuli eius, & abstulerunt eū? Dormientes testes adhibes: verè tu ipse obdormisti, qui scrutando talia defecisti.
℟. Ecce quomodo moritur iustus, & nemo percipit corde: & viri iusti tolluntur, & nemo considerat: à facie iniquitatis sublatus est iustus: * Et erit in pace memoria eius. ℣ Tamquàm agnus coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum: de angustia, & de iudicio sublatus est. Et erit in pace. Ecce quomodo.

In tertio Nocturno, Antiphona.

Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est animæ meæ. Psalmus 53.

DEus in nomine tuo saluum me fac: * & in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem meam: * auribus percipe verba oris mei,
Quoniam alieni insurrexerunt aduersum

ſum me, & fortes quæſierunt animam meam: * & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.
Ecce enim Deus adiuuat me: * & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.
Auerte mala inimicis meis: * & in veritate tua diſperde illos.
Voluntariè ſacrificabo tibi, * & confitebor nomini tuo Domine: quoniam bonum eſt:
Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: * & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.
Antiphona. Deus adiuuat me, & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.
Antiphona In pace factus eſt locus eius, & in Sion habitatio eius. Pſalmus 75.
NOtus in Iudæa Deus: * in Iſrael magnum nomen eius.
Et factus eſt in pace locus eius: * & habitatio eius in Sion.
Ibi confregit potentias arcuum: * ſcutum, gladium, & bellum.
Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis; * turbati ſunt omnes inſipientes corde.
Dor-

Dormierunt somnum suum: * & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua Deus Iacob * dormitauerunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? * ex tunc ira tua.

De cælo auditum fecisti iudicium: * terra tremuit & quieuit.

Cùm exurgeret in iudiciũ Deus, * vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: * & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vouete, & reddite Domino Deo vestro: * omnes, qui in circuitu eius affertis munera.

Terribili & ei qui aufert spiritum principum, * terribili apud reges terræ.

Antiphona. In pace factus est locus eius: & in Sion habitatio eius.

Ant. Factus sum, sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Psalmus 87.

DOmine Deus salutis meæ: * in die clamaui, & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: * in-

clina aurem tuam ad precem meam :
Quia repleta est malis anima mea : * & vita mea inferno appropinquauit .
Æ stimatus sum cum descendentibus in lacum : * factus sum , sicut homo sine adiutorio , inter mortuos liber.
S icut vulnerati dormiētes in sepulchris, quorum non es memor ampliùs:* & ipsi de manu tua repulsi sunt.
P osuerunt me in lacu inferiori : * in tenebrosis , & in vmbra mortis .
S uper me confirmatus est furor tuus :* & omnes fluctus tuos induxisti super me.
L ongè fecisti notos meos à me: * posuerunt me abominationem sibi .
T raditus sum, & non egrediebar: * oculi mei languerunt præ inopia .
C lamaui ad te Domine tota die: * expandi ad te manus meas .
N umquid mortuis facies mirabilia:* aut medici suscitabunt , & confitebuntur tibi?
N umquìd narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam,* & veritatem tuam in perditione?
N umquid cognoscentur in tenebris mirabi-

rabilia tua :* & iustitia tua in terra obliuionis .
E t ego ad te Domine clamaui : * & manè oratio mea præueniet te .
V t quid Domine repellis orationem meam: * auertis faciem tuam à me ?
P auper sum ego , & in laboribus à iuuentute mea: * exaltatus autem , humiliatus sum & conturbatus .
I n me transierunt iræ tuæ : * & terrores tui conturbauerunt me.
C ircumdederũt me sicut aqua tota die :* circumdederunt me simul .
E longasti à me amicum , & proximum:* & notos meos à miseria .
Antiphona. Factus sum sicut homo sine adiutorio , inter mortuos liber.
℣. In pace factus est locus eius. ℟. Et in Sion habitatio eius . P ater noster .
L E tre seguenti Lettioni sono dell'Epistola di San Paolo scritta à gli Hebrei, nelle quali si tratta , come il benedetto Christo vero Sommo Sacerdote , essendosi per noi all'eterno Padre offerto in sacrificio nell'altare della Croce , col spargimento del proprio sangue , per i meriti della sua Passione ci sono rimessi li peccati ,

& aperta la porta del Cielo. Il che fù figurato ne' Sacrifici dell'antica legge offerti per l'espiatione delle colpe.

De Epistola Beati Pauli Apostoli ad Hebræos. Lectio vij. Cap. 9.

CHristus assistens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id est, non huius creationis: neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum, & taurorum & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quantò magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatũ Deo, emundabit conscientiam nostrã ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti? ℟. Astiterũt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, * Aduersus Dñm, & aduersus Christũ eius. ℣. Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania? Aduersus Dominũ. Lect. viij.

ET ideò noui testamenti mediator est: vt morte intercedente, in redemptionem

nem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori teſtamẽto, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hereditatis. Vbi enim teſtamentum eſt: mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt: alioquin nondum valet, dum viuit qui teſtatus eſt. Vnde nec primum quidem ſine ſanguine dedicatũ eſt. ℟. Æſtimatus ſum cũ deſcendentibus in lacum: * Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber. ℣. Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebroſis, & in vmbra mortis. Factus ſum.

Lectio ix.

LEcto enim omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo: accipiens ſanguinem vitulorum, & hircorum cum aqua, & lana coccinea, & hyſſopo: ipſum quoque librum, & omnem populum aſperſit, dicens: Hic ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus. Etiam tabernaculum, & om nia vaſa miniſterij sãguine ſimiliter aſperſit: Et omnia penè in ſanguine ſecundùm legem mundantur: & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. ℟. Sepulto Domino, ſignatum

eſt monumentum, voluentes lapidem ad oſtium monumenti: * Ponentes milites, qui cuſtodirent illum.

℣. Accedentes principes ſacerdotum ad Pilatum, petierunt illum. Ponentes.

Sepulto Domino.

AD LAVDES,

Antiphona.

O Mors, ero mors tua, morſus tuus ero inferne. Pſalmus. Miſerere mei Deus. fol. 120. Antiphona. Plangent eum quaſi vnigenitum, quia innocens Dominus occiſus eſt.

Pſalmus 42.

Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta, * ab homine iniquo, & doloſo erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea: * quare me repuliſti? & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam & veritatem tuam: * ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: * ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus.

X nē fortē veniant Discipuli & furentur eum & dicant plebi-

meus : * quare triſtis es anima mea ? & quare conturbas me ?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : * ſalutare vultus mei, & Deus meus.

Aña. Plangent eum quaſi vnigenitum, quia innocens Dominus occiſus eſt.

Antiph. Attendite vniuerſi populi, & videte dolorem meum. Pſalmus. Deus Deus meus. fol. 124. Antiphona. A porta inferi erue Domine animam meam.

Canticum Ezechiæ. Iſa. 38.

EGo dixi : In dimidio dierum meorũ * vadam ad portas inferi.

Quæſiui reſiduum annorum meorum : * dixi : Non videbo Dominum Deum in terra viuentium.

Non aſpiciam hominem vltra, * & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata eſt, & conuoluta eſt à me, * quaſi tabernaculum paſtorum :

Præciſa eſt velut à texente, vita mea : dum adhuc ordirer, ſuccidit me : * de manè vſque ad veſperam finies me.

Sperabam vſque ad manẽ, * quaſi leo

Surrexit à mortuis. A. Ponentes milites qui custodirent illud.

ſic contriuit omnia oſſa mea.
De manè vſque ad veſperam finies me: * ſicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor vt columba:
Attenuati ſunt oculi mei, * ſuſpicientes in excelſum:
Domine vim patior, reſponde pro me: * quid dicam: aut reſpondebit mihi, cùm ipſe fecerit?
Recogitabo tibi omnes annos meos * in amaritudine animæ meæ.
Domine ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei, corripies me, & viuificabis me: * Ecce in pace amaritudo mea amariſſima.
Tu autem eruiſti animam meam, vt non periret, * proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.
Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: * non expectabunt qui deſcēdunt in lacum, veritatem tuam.
Viuens viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie: * pater filijs notam faciet veritatem tuam,
Domine ſaluum me fac, * & pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ

ſtræ in domo Domini.
Aña. A porta inferi erue Domine animam meam. Antiph. O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus.
Pſalmus. Laudate Dominum de cælis. fol. 128. ℣. Caro mea requieſcet in ſpe. ℟. Et non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.
Veggaſi la Dichiaratione, che comincia. Si tralaſcia &c. à carte 131.
Ad Benedictus, Antiphona.
Mulieres ſedentes ad monumentum lamentabantur, flentes Dominum.
Veggaſi la Dichiaratione, che comincia. Segue doppo il Cantico &c. à carte 131.
Canticum Zachariæ, Benedictus Dominus Deus Iſrael, &c. fol. 132.
Leggaſi la Dichiaratione, che comincia. L'vltima candela, &c. à carte 133.
℣. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Pater noſter. ſecretò. Pſalm. Miſerere mei Deus. fol. 120.
Leg-

Leggasi la Dichiaratione, che comincia.
Li tre sudetti Versetti, &c. à carte 134.

Oratio.

RESpice, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam; pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum. Qui tecum viuit & regnat.

Et sic dicitur vsque ad Nonam.

Leggasi la dichiaratione, che comincia,
Lo strepito, &c. à carte 135.

Ad Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam, sicut in Cœna Domini.

SABBATO SANCTO.

Statio ad S. Ioannem in Laterano.

QVesto giorno vien detto Sabbato, che significa riposo, perche Iddio nell'opera della creatione del Mondo finita in sei giorni, si riposò nel settimo, quale volle che fosse santificato col riposo: Così Christo Signor nostro, hauendo nella sesta età finita, e perfettionata l'opera della ricreatione, e redentione nostra sopra il legno della santa Croce, si riposò ancor lui nella settima età.

E detto Santo per il Battesimo, che in tal giorno,

giorno specialmente nella Chiesa è amministrato à Catacumeni: Ouero perche il Santo de' Santi in questo giorno si riposò nel Sepolchro.

L'Vfficio doppo, ch'hoggidì si canta appartiene alla seguente notte della Domenica, nel quale si ragiona della Resurrettione di Christo, non hauendo Vfficio alcuno questo giorno, che suo proprio sia: come veder si può nella beneditione del Cereo, doue dal Diacono si canta, Hæc est nox, &c.

E nell'Oratione della Messa, nella quale il Sacerdote canta. Deus, qui hanc Sacratissimam noctem, &c.

Onde auertir si deue, che anticamente tutto questo Vfficio diceuasi di notte tempo, ma doppo Santa Chiesa per buoni rispetti ordinò, che non più di notte, ma la mattina di questo giorno celebrato fosse, & acciò il popolo con più commodità, e diuotione vdir lo potesse.

Hora competenti cooperiuntur Altaria, & dicuntur Horæ, candelis Altaris extinctis vsque ad principium Missæ. Interim excutitur ignis de lapide foris Ecclesiã, & ex eo accenduntur carbones.

Con l'occasione, che hoggi si fà il nuouo fuoco, si estingue il vecchio, e questo per dimostra-

mostrare, qualmente cessò nella morte di Christo l'antica Legge intesa per il vecchio fuoco, e prese forza, e vigore la nuoua, figurata per il nuouo.

La pietra doppo, dalla quale si caua il nuouo fuoco, significa Christo Signor nostro, ch'è pietra angolare da cui procede il vero, e sempiterno lume, che illumina il Mondo tutto.

Si benedice il nuouo fuoco, perche è figura, e simbolo dell'omnipotente Iddio, ch'è lume indeficiente: accioche si come apparue nel fuoco à Mosè quando volse liberare il suo popolo dall' Egitto, così anco si degni illuminare i cuori, e' sensi nostri, per poter con la diuina gratia peruenire alla vita, e luce eterna.

Dicta Nona, Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, stola, & pluuiali violaceo, vel sine casula astantibus sibi ministris cum Cruce, aqua benedicta, & incenso, ante portam Ecclesiæ, si commodè potest, vel in ipso aditu Ecclesiæ benedicit nouum ignem, dicens. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DEus, qui per Filium tuum, angularem scilicet lapidem, claritatis tuæ ignem

ignem fidelibus contulisti: productum è silice, nostris profuturum vsibus, nouū hunc ignem san ✠ ctifica: & concede nobis, ita per hæc festa Paschalia cælestibus desiderijs inflammari: vt ad perpetuæ claritatis, puris mentibus, valeamus festa pertingere. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

℟ Amen. Oremus.

Domine Deus, Pater omnipotens, lumen indeficiens, qui es conditor omnium luminum: bene ✠ dic hoc lumen, quod à te sanctificatum atque benedictū est, qui illuminasti omnem mundum: vt ab eo lumine accendamur, atque illuminemur igne claritatis tuæ: & sicut illuminasti Moysen exeuntem de Ægypto, ita illumines corda & sensus nostros: vt ad vitam & lucem æternam peruenire mereamur. Per Christum Dominum nostrum. ℟ Amen. Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: benedicentibus nobis hunc ignem in nomine tuo, & vnigeniti Filij tui Dei ac Domini nostri Iesu Christi, & Spiritus sancti, cooperari digne-

digneris: & adiuua nos contra ignita tela inimici, & illustra gratia cælesti. Qui viuis & regnas cum eodem vnigenito tuo, & Spiritu sancto, Deus: per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

LI cinque grani dell'incenso da porsi nel Cereo, significano gli aromati comprati dalle Donne per vngere il Santissimo corpo di Christo.

Si benedicono, perche senza benedittione, non potrebbono da se stessi cagionar in noi quelli effetti, che nella loro benedittione vengono dichiarati.

Deinde benedicit quinque grana incensi ponenda in Cereo, dicens absolutè hanc Orationem.

VEniat, quæsumus, omnipotẽs Deus, super hoc incẽsum larga tuæ bene✠dictionis infusio: & hunc nocturnum splendorem inuisibilis regenerator accende: vt non solùm sacrificium, quod hac nocte litatum est, arcana luminis tui admixtione, refulgeat: sed in quocumque loco ex huius sanctificationis mysterio aliquid fuerit deportatum, expulsa diabolicæ fraudis nequitia, virtus tuæ maie-

maiestatis assistat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Dum benedicit grana incẽsi, Acolythus assumens de carbonibus benedictis ponit in thuribulo: & finita Oratione supradicta, Sacerdos de nauicula ponit incensum in thuribulo, benedicens illud more solito: deinde prædicta grana incensi & ignem ter aspergit aqua benedicta, dicens: Asperges me, sine cantu & sine Psalmo, & ter adolet incenso.

Le tre candele, che dal Diacono accese sono, & in tre luoghi della Chiesa portate, cantando per ciascun luogo ad alta voce, Lumen Christi, *accennar vogliono la Santissima Trinità in tre persone distinta, ma in una sola essenza unita.*

Interim omnia luminaria Ecclesiæ extinguuntur, vt de igne benedicto postmodum accendantur. Tum Diaconus indutus dalmatica albi coloris, accipit arundinem cum tribus candelis in summitate illius triangulo distinctis. Præcedit thuriferarius cum Acolytho deferente in vase quinque grana incensi: sequitur Subdiaconus cum Cruce, & Clerus per

ordi-

ordinem: deinde Diaconus cum arundine, post eum celebrans. Cùm Diaconus ingressus est Ecclesiam, inclinat arundinem: & Acolythus deferens candelam accensam de nuouo igne, accendit vnam ex illis tribus candelis desuper positis: & Diaconus eleuans arundinem, genuflectit similiter & omnes alij cum eo, præter Subdiaconum Crucem ferentem: & cantat solus, Lumen Christi.

℟. Deo gratias. Et procedens ad medium Ecclesiæ, ibi accenditur alia candela: & iterùm genuflexus, vt suprà, altiùs cantat, Lumen Christi.

℟. Deo gratias. Tertiò procedit ante Altare, vbi accenditur tertia candela: & rursùs genuflexus vt priùs, adhuc altiùs dicit: Lumen Christi.

℟. Deo gratias. Deinde Celebrans ascendit ad Altare in cornu Epistolæ, & Diaconus dat arundinem vni Acolytho: & accipiens librum, petit à Celebrante benedictionem, vt fit ad Euangelium, Sacerdote dicente, Dominus sit in corde tuo, & in labijs tuis: vt dignè & competenter annuncies suum Paschale præconium:

conium: In nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus sancti, Amen.

Posteà vadit ad Pulpitum, & ponit super eo librum, & incensat. A dextris Diaconi stent Subdiaconus cum Cruce, & thuriferarius: à sinistris, duo Acolythi, ille qui tenet arundinem, & alius tenens in vase quinque grana incensi benedicti figenda in Cereo.

SI benedice il Cereo per Decreto di Zosimo Sommo Pontefice, la cui benedittione fù da S. Ambrosio composta.

Vien benedetto dal Diacono grado inferiore al Sacerdote, perche risorgendo Christo N. S. da morte à vita, prima d'ogn'altro, da Maria Maddalena inferiore à gl'Apostoli fù annuntiata la resurrettione del Signore.

Significa poi il Cereo benedetto la Colõna di foco, che nella notte era scorta al popolo Hebreo, la quale altresi figuraua il Saluatore, che col suo lume hà scacciato le tenebre dell'Idolatria. E si come il Cereo costa di tre cose, cioè di cera, stoppino, e lume, così in Christo rappresentato nel Cereo si ritroua la cera, ch'è il corpo, lo stoppino, ch'è l'anima, & il lume ch'è la Diuinità.

Tunc surgentibus omnibus, & stantibus

vt fit ad Euangelium, Diaconus cantat.

EXultet iam Angelica turba cælorum: exultent diuina myſteria: & pro tanti Regis victoria, tuba inſonet ſalutaris. Gaudeat & tellus tantis irradiata fulgoribus: & æterni Regis ſplendore illuſtrata, totius orbis ſe ſentiat amiſiſſe caliginem. Lætetur & mater Eccleſia, tanti luminis adornata fulgoribus: & magnis populorum vocibus hæc aula reſultet. Quapropter adſtantes vos, fratres cariſſimi, ad tam miram huius ſancti luminis claritatem, vnà mecum, quæſo, Dei omnipotentis miſericordiam inuocate. Vt qui nõ meis meritis intra Leuitarum numerum dignatus eſt aggregare: luminis ſui claritatem infundens, Cerei huius laudẽ implere perficiat. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum: qui cũ eo viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum.

℞. Amen. ℣. Dominus vobiſcum.
℞. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda.
℞. Habemus ad Dominum. ℣. Gratias agamus Domino Deo noſtro.
℞. Dignum & iuſtum eſt.

Verè

Verè dignum & iuſtum eſt, inuiſibilem Deum Patrem omnipotentem, Filiumque eius vnigenitum, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum toto cordis ac mentis affectu, & vocis miniſterio perſonare. Qui pro nobis æterno Patri, Adæ debitum ſoluit: & veteris piaculi cautionem pio cruore deterſit. Hæc ſunt enim feſta Paſchalia, in quibus verus ille Agnus occiditur, cuius ſanguine poſtes fidelium conſecrantur. Hæc nox eſt, in qua primùm patres noſtros filios Iſrael eductos de Ægypto, mare Rubrum ſicco veſtigio tranſire feciſti. Hæc igitur nox eſt, quæ peccatorum tenebras, columnæ illuminatione purgauit. Hæc nox eſt, quæ hodie per vniuerſum mundum, in Chriſto credentes, à vitijs ſæculi, & caligine peccatorum ſegregatos, reddit gratiæ, ſociat ſanctitati. Hæc nox eſt, in qua deſtructis vinculis mortis, Chriſtus ab inferis victor aſcendit. Nihil enim nobis naſci profuit, niſi redimi profuiſſet. O mira circa nos tuæ pietatis dignatio: O inæſtimabilis dilectio caritatis: vt ſeruum redimeres, Filium tradidiſti.

O certè neceſſarium Adæ peccatum, quod Chriſti morte deletum eſt. O felix culpa, quæ talem, ac tantum meruit habere redemptorem. O verè beata nox, quæ ſola meruit ſcire tempus & horam, in qua Chriſtus ab inferis reſurrexit. Hæc nox eſt, de qua ſcriptum eſt. Et nox ſicut dies illuminabitur: & nox illuminatio mea in delicijs meis. Huius igitur ſanctificatio noctis, fugat ſcelera, culpas lauat: & reddit innocentiam lapſis, & meſtis lætitiam. Fugat odia, concordiam parat, & curuat imperia.

LI cinque grani d'Incenſo, che nel Cereo dal Diacono ſi affigono in forma di Croce, dinotano le cinque piaghe di Chriſto crocifiſſo, con le quali riſplendenti, e luminoſe riſorſe glorioſo, e trionfante.

Hic Diaconus infigit quinque grana incenſi benedicti in Cereo in modum Crucis.

In huius igitur noctis gratia, ſuſcipe ſancte Pater, incenſi huius ſacrificium veſpertinum: quod tibi in hac Cerei oblatione ſolemni, per miniſtrorum manus

de

de soperibus apum, sacrosancta reddit Ecclesia. Sed iam columnæ huius præconia nouimus, quam in honorem Dei rutilans ignis accendit.

Con gran misterio il Diacono accende il Cereo con vna delle tre candele poste nella canna, per dimostrare, che come quelle tre candele s'inchinano verso il Cereo, e solamente con vna di loro si accende: così la Resurrettione di Christo è senza dubbio effetto di tutta la Trinità, mà principalmente del Verbo, il quale di bel nuouo vnì l'anima alla carne, e la vestì della gloriosa luce dell'immortalità.

Hic Diaconus accendit Cereum cum vna ex tribus candelis in arundine positis.

Qui licet sit diuisus in partes, mutuati tamen luminis detrimenta non nouit. Alitur enim liquantibus ceris, quas in substantiam pretiosæ huius lampadis, apis mater eduxit.

Col lume del Cereo si accendono le lampade della Chiesa, per dimostrare, che si come il Cereo significa la nuoua gratia, e la dottrina di Christo, così dall'istesso hebbe origine la gratia, e la dottrina de gli Apostoli, li quali

quali sono la luce del Mondo; & esso Christo risorto, subito accese nelli Apostoli il fuoco dello Spirito Santo, quando che nell'istesso giorno della Resurrettione soffiò, e disse. Accipite Spiritum Sanctum.

Hic accenduntur lampades.

O verè beata nox, quæ expoliauit Ægyptios, ditauit Hebræos. Nox, in qua terrenis cælestia, humanis diuina iunguntur. Oramus ergo te Domine: vt Cereus iste in honorem tui nominis consecratus, ad noctis huius caliginem destruendam, indeficiens perseueret. Et in odorem suauitatis acceptus, supernis luminaribus misceatur. Flammas eius lucifer matutinus inueniat. Ille, inquam lucifer, qui nescit occasum. Ille, qui regressus ab inferis, humano generi serenus illuxit. Precamur ergo te Domine: vt nos famulos tuos, omnemque clerum, & deuotissimum populum: vnà cum beatissimo Papa nostro N. & Antistite nostro N. quiete temporum concessa, in his Paschalibus gaudijs, assidua protectione regere, gubernare, & conseruare digneris. Respice etiam ad deuotissi-

mum Imperatorem nostrum N. cuius tu Deus desiderij vota prænoscens, ineffabili pietatis & misericordiæ tuæ munere, tranquillum perpetuæ pacis accommoda: & cælestem victoriam cum omni populo suo. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus: per omnia sęcula sæculorum.
℟. Amen.

Completa benedictione Cerei, Diaconus, depositis albis, sumit violacea paramenta, & vadit ad Celebrantem: qui exuitur pluuiali, & sumit manipulum & casulam violacei coloris. Postea leguntur Prophetiæ sine titulo: & Celebrans legit eas submissa voce ad Altare in cornu Epistolæ. In fine Prophetiarum dicuntur Orationes modo subscripto. Ante vel interim dum Prophetiæ leguntur, presbyteri catechizent catechumenos baptizandos, & præparent ad baptismum.

SEguitano le Profetie, le quali sono poste, acciò contempliamo la grandezza, e possanza di Dio, che hà fatto, & operato tante marauiglie per amor dell'huomo.

Si leggono senza titolo, perche Christo capo nostro non è ancora risorto.

Sono dodeci in memoria de' dodeci Apostoli, i quali predicarono la dottrina Euangelica.

Prophetia prima. Gen. 1.

IN principio creauit Deus cælum, & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi: & Spiritus Dei ferebatur super aquas. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem quòd esset bona: & diuisit lucem à tenebris. Appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem, factumq. est vesperè, & manè, dies vnus. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentũ in medio aquarũ: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamētũ, diuisitq. aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocauitq. Deus firmamentum, Cælum: Et factum est vesperè & manè, dies secundus. Dixit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt in locum vnum: & appareat arida. Et factum est ita. Et vocauit Deus aridã, Terram, congregationesque aquarum appellauit maria.

Et

Et vidit Deus quod eſſet bonum. Et ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. Et protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignumque faciens fructum, & habens vnumquodque ſementem ſecundùm ſpeciem ſuam. Et vidit, quòd eſſet bonum. Et factum eſt veſperè & manè, dies tertius. Dixit autem Deus. Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, & ſint in ſigna & tempora, & dies & annos: vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram. Et factum eſt ita. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas. Et poſuit eas in firmamento cæli, vt lucerent ſuper terram, & præeſſent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus, quod eſſet bonum. Et factum eſt veſperè & manè dies quartus. Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile

animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamento cæli. Creauitque Deus Cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, quam produxerāt aquæ in species suas: & omne volatile secundùm genus suum. Et vidit Deus quòd esset bonum. Benedixitque eis dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris: auesque multiplicentur super terram: Et factum est vesperè & manè dies quintus. Dixit quoque Deus: Producat terra animam viuentem in genere suo: iumenta, & reptilia, & bestias terræ secundùm species suas. Factumque est ita. Et fecit Deus bestias terræ iuxta species suas, & iumenta & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus quòd esset bonum: & ait: Faciamus Hominem ad imaginem, & similitudinem nostram; & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs, vniuersæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei creauit illum, masculum & feminam creauit eos. Benedixitque illis Deus, & ait: Cresci-
te &

te & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram. Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam: & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, & vniuerſis, quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendum. Et factum eſt ita. Viditque Deus cuncta, quæ fecerat: & erant valdè bona. Et factum eſt veſperè & manè, dies ſextus. Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat: & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrarat.

Qua completa, Sacerdos dicit.

Oremus. Diaconus. Flectamus genua. & Subdiaconus. Leuate. Oratio.

Deus, qui mirabiliter creaſti hominem, & mirabiliùs redemiſti: da nobis, quæſumus, contra oblectamenta pecca-

peccati, mentis ratione persistere: vt mereamur ad æterna gaudia peruenire. Per Dominum.

Prophetia secunda. Genes. 5.

NOe verò cùm quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iapheth. Cùmque cœpissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent, Videntes filij Dei filias hominum quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant. Dixitque Deus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: eruntque dies illius centum viginti annorum. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquàm enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, isti sunt potētes à sæculo viri famosi. Videns autem Deus, quòd multa malitia hominum esset in terra & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum quòd hominem fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo, inquit, hominem, quem creaui, à facie terræ, ab homine vsque ad animantia, à re-

à reptili vſque ad volucres cæli. Pœnitet enim me feciſſe eos. Noe verò inuenit gratiam coram Domino. Hæ ſunt generationes Noe: Noe vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit. Et genuit tres filios Sem, Cham, & Iapheth. Corrupta eſt autem terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate. Cùmque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, (omnis quippè caro corruperat viam ſuam ſuper terram) dixit ad Noe: Finis vniuerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniquitate à facie eorum, & ego diſperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis læuigatis manſiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinſecus, & extrinſecus. Et ſic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. Feneſtram in arca facies, & in cubito conſummabis ſummitatem eius: oſtium autem arcæ pones ex latere: deorſum, cænacula, & triſtega facies in ea. Ecce ego adducam aquas diluuij ſuper terram, vt

interficiam omnē carnem, in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cælum: Vniuerſa, quæ in terra ſunt, conſumentur. Ponamque fœdus meum tecum: & ingredieris arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum. Et ex cunctis animantibus vniuerſæ carnis bina induces in arcam, vt viuant tecum: maſculini ſexus & feminini. De volucribus iuxta genus ſuum, & de iumentis in genere ſuo, & ex omni reptili terræ ſecundùm genus ſuum: bina de omnibus ingredientur tecum, vt poſſint viuere. Tolles igitur tecum ex omnibus eſcis, quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te: & erunt tam tibi, quàm illis in cibum. Fecit igitur Noe omnia, quæ pręceperat illi Deus. Eratque ſexcentorum annorum, quando diluuij aquæ inundauerunt ſuper terram. Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cęli apertæ ſunt: & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, & Sem, & Cham, & Iaphet filij eius; vxor illius, & tres

vxo-

vxores filiorum eius cum eis in arcam: ipſi & omne animal ſecundùm genus ſuum, vniuerſaque iumenta in genere ſuo, & omne, quod mouetur ſuper terram in genere ſuo, cunctumque volatile ſecundùm genus ſuum. Porrò arca ferebatur ſuper aquas. Et aquæ præualuerunt nimis ſuper terram: opertique ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cælo. Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes, quos operuerat. Conſumptaque eſt omnis caro, quæ mouebatur ſuper terram, volucrum, animantium, beſtiarum, omniumque reptilium, quæ reptant ſuper terram. Remanſit autem ſolus Noe, & qui cum eo erant in arca. Obtinueruntque aquæ terram centum, quinquaginta diebus. Recordatus autem Deus Noe, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca, adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ. Et clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cæli: & prohibitæ ſunt pluuiæ de cælo. Reuerſæque ſunt aquæ de terra euntes & redeuntes: & cœperunt minui

poſt

post centum quinquaginta dies. Cùmque transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arcæ, quam fecerat, dimisit coruum: qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terram. Emisit quoque columbam post eum, vt videret si iam cessassent aquæ super faciem terræ. Quæ cùm non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam, aquæ enim erant super vniuersam terram: extenditque manum, & apprehensam intulit in arcam. Expectatis autem vltrà septem diebus alijs rursum dimisit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo. Intellexit ergo Noe quòd cessassent aquæ super terram. Expectauitque nihilominùs septem alios dies: & emisit columbam, quæ non est reuersa vltra ad eum. Locutus est autem Deus ad Noe, dicens: Egredere de arca, tu & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum. Cuncta animantia, quæ sunt apud te, ex omni carne, tam in volatilibus, quã in bestijs & vniuersis reptilibus,

bus, quæ reptant ſuper terram, educ tecum, & ingredimini ſuper terram: creſcite, & multiplicamini ſuper eam. Egreſſus eſt ergo Noe, & filij eius: vxor illius & vxores filiorum eius cum eo. Sed & omnia animantia, iumenta & reptilia, quæ reptant ſuper terram ſecundùm genus ſuum, egreſſa ſunt de arca. Ædificauit autem Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare. Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis.

Oremus. Flectamus genua.

℟. Leuate. Oratio.

DEus incommutabilis virtus, & lumen æternum: reſpice propitius ad totius Eccleſiæ tuæ mirabile Sacramentum, & opus ſalutis humanæ, perpetuæ diſpoſitionis effectu tranquilliùs operare: totuſque mundus experiatur & videat, deiecta erigi, inueterata renouari, & per ipſum redire omnia in integrum, à quo ſumpſere principium: Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum. Qui.

Prophetia tertia. Gen. 22.

IN diebus illis : Tentauit Deus Abraham , & dixit ad eum , Abraham , Abraham . At ille respondit : Adsum . Ait illi : Tolle filium tuum vnigenitum , quem diligis , Isaac , & vade in terram visionis : atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium , quem monstrauero tibi . Igitur Abraham de nocte consurgens, strauit asinum suum : ducens secum duos iuuenes , & Isaac filium suum : cùmque concidisset ligna in holocaustum , abijt ad locum quem præceperat ei Deus . Die autem tertio, eleuatis oculis , vidit locum procul : dixitq. ad pueros suos . Expectate hìc cum asino : ego & puer illuc vsque properantes, postquàm adorauerimus, reuertemur ad vos . Tulit quoque ligna holocausti , & imposuit super Isaac filium suum : ipse verò portabat in manibus ignem & gladium . Cùmque duo pergerent simul , dixit Isaac patri suo : Pater mi . At ille respondit : Quid vis fili ? Ecce, inquit, ignis & ligna : vbi est victima holocausti ? Dixit autem Abraham : Deus prouide-

uidebit ſibi victimam holocauſti, fili mi. Pergebant ergo pariter: & venerunt ad locum, quem oſtenderat ei Deus, in quo ędificauit altare, & deſuper ligna compoſuit: cùmque alligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum. Extenditq. manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium ſuum. Et ecce Angelus Domini de cælo clamauit, dicens: Abraham, Abraham. Qui reſpondit: Adſum. Dixitque ei: Non extendas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quidquam: nunc cognoui quòd times Deum, & non peperciſti vnigenito filio tuo propter me. Leuauit Abraham oculos ſuos, viditque poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio. Appellauitque nomen loci illius, Dominus videt. Vnde vſque hodie dicitur: In monte Dominus videbit. Vocauit autem Angelus Domini Abraham ſecundò de cælo, dicens: Per me metipſum iuraui, dicit Dominus: quia feciſti hanc rem, & non peperciſti filio tuo vnigenito pro-

pter me: benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenam, quę eſt in littore maris: poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meę. Reuerſus eſt Abraham ad pueros ſuos, abieruntque Berſabee ſimul, & habitauit ibi. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Oratio.

DEus, fidelium Pater ſumme, qui in toto orbe terrarum, promiſſionis tuæ filios diffuſa adoptionis gratia multiplicas: & per Paſchale ſacramentum, Abraham puerum tuum vniuerſarum, ſicut iuraſti, gentium efficis patrem: da populis tuis dignè ad gratiam tuæ vocationis introire. Per Dominum.

Prophetia quarta. Exodi 14.

IN diebus illis: Factum eſt in vigilia matutina, & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum: & ſubuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo

go Ægyptij: Fugiamus Iſraelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad Moyſen: Extende manum tuam ſuper mare, vt reuertantur aquæ ad Ægyptios ſuper currus & equites eorum. Cùmque extendiſſet Moyſes manum contra mare, reuerſum eſt primo diluculò ad priorem locum: fugientibuſque Ægyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus. Reuerſæque ſunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare; nec vnus quidem ſuperfuit ex eis, Filij autem Iſrael perrexerunt per medium ſicci maris, & aquæ eis erant quaſi pro muro à dextris & à ſiniſtris: liberauitque Dominus in die illa Iſrael de manu Ægyptiorum. Et viderunt Ægyptios mortuos ſuper littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos: timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moyſi ſeruo eius. Tunc cecinit Moyſes & filij Iſrael carmen hoc Domino, &

dixerunt. Tractus.

Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est: equum & ascensorem proiecit in mare; adiutor & protector factus est mihi in salutem. ℣. Hic Deus meus, & honorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum. ℣. Dominus conterens bella: Dominus nomen est illi. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus, cuius antiqua miracula etiam nostris sæculis corruscare sentimus: dum quod vni populo, à persecutione Ægyptiaca liberando, dexteræ tuæ potentia contulisti, id in salutem Gentium per aquam regenerationis operaris: præsta, vt in Abrahæ filios, & in Israeliticam dignitatem, totius mundi transeat plenitudo. Per Dominum.

Prophetia quinta. Isa. 54.

HÆc est hereditas seruorum Domini: & iustitia eorum apud me, dicit Dominus. Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque vlla commu-

tatione vinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus. Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis: & Gentes, quæ te non cognouerunt, ad te current propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israel, quia glorificauit te. Querite Dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dum propè est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum: quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ cogitationes vestræ: neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dominus. Quia sicut exaltantur cæli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à vijs vestris, & cogitationes meæ à cogita-

tionibus vestris. Et quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc vltrà non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuũ, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his, ad quę misi illud: dicit Dominus omnipotens. Oremus. Flectamus genua.

℟. Leuate. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, multiplica in honorem nominis tui quod patrum fidei spopondisti: & promissionis filios sacra adoptione dilata, vt quod priores sancti non dubitauerunt futurum, Ecclesia tua magna iam ex parte cognoscat impletum. Per Dominum.

Prophetia sexta. Baruc 3.

AVdi Israel mandata vitæ: auribus percipe, vt scias prudentiam. Quid est Israel, quod in terra inimicorum es? inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum descendentibus in infernum. Dereliquisti fon-

fontem ſapientiæ. Nam ſi in via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtique in pace ſempiterna. Diſce vbi ſit prudentia, vbi ſit virtus, vbi ſit intellectus: vt ſcias ſimul vbi ſit longiturnitas vitæ & victus, vbi ſit lumen oculorum, & pax. Quis inuenit locum eius? & quis intrauit in theſauros eius? Vbi ſunt principes Gentium, & qui dominantur ſuper beſtias, quę ſunt ſuper terram? qui in auibus cęli ludunt, qui argentum theſaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non eſt finis acquiſitionis eorum? qui argentum fabricant, & ſoliciti ſunt, nec eſt inuentio operum illorum? exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt, & alij loco eorum ſurrexerunt. Iuuenes viderunt lumen, & habitauerunt ſuper terram: viam autem diſciplinæ ignorauerunt, neque intellexerunt ſemitas eius, neque filij eorum ſuſceperunt eam, à facie ipſorum longè facta eſt: non eſt audita in Terra Chanaam, neque viſa eſt in Theman. Filij quoque Agar, qui exquirunt prudentiam, quæ de terra eſt, negotiatores terræ, &

The-

Theman, & fabulatores, & exquisitores prudentiæ & intelligentiæ: viam autem sapientiæ nescierunt, neque commemorati sunt semitas eius. O Israel, quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius. Magnus est, & non habet finem: excelsus & immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, statura magna, scientes bellum. Non hos elegit Dominus, neque viam disciplinæ inuenerunt: proptereà perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in cælum, & accepit eam, & eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare, & inuenit illam? & attulit illam super aurum electum? Non est qui possit scire vias eius, neque qui exquirat semitas eius: sed qui scit vniuersa, nouit eam & adinuenit eam prudentia sua: qui præparauit terram in æterno tempore, & repleuit eam pecudibus, & quadrupedibus: qui emittit lumen, & vadit: & vocauit illud, & obedit illi in tremore. Stellæ autem dederunt lumen in custodijs suis, & lætatæ sunt?

vocatæ ſunt, & dixerunt: Adſumus, & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum. Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt; & cum hominibus conuerſatus eſt. Oremus Flectamus genua. ℟ Leuate.

Oratio.

DEus, qui Eccleſiam tuam ſemper Gentium vocatione multiplicas: cōcede propitius: vt quos aqua baptiſmatis abluis, continua protectione tuearis. Per Dominum.

Prophetia ſeptima. Ezech 37.

IN diebus illis: Facta eſt ſuper me manus Domini, & eduxit me in ſpiritu Domini: & dimiſit me in medio campi, qui erat plenus oſſibus: Et circumduxit me per ea in gyro: erant autem multa valdè ſuper faciem campi ſiccaque vehemēter. Et dixit ad me: Fili hominis putaſne viuent oſſa iſta Et dixi: Domine Deus, tu noſti. Et dixit ad me: Vaticinare de oſſibus iſtis: & dices eis; Oſſa arida audite

verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus offibus his: Ecce ego intromittam in vos fpiritum, & viuetis. Et dabo fuper vos neruos, & fuccrefcere faciam fuper vos carnes, & fuperextendã in vobis cutem: & dabo vobis fpiritum, & viuetis, & fcietis quia ego Dominus. Et prophetaui ficut præceperat mihi: factus eft autem fonitus prophetante me, & ecce commotio: & acceffferunt offa ad offa vnumquodque ad iuncturam fuam. Et vidi, & ecce fuper ea nerui, & carnes afcenderunt: & extenta eft in eis cutis defuper, & fpiritum non habebant. Et dixit ad me: Vaticinare ad fpiritum, vaticinare fili hominis & dices ad fpiritum: Hæc dicit Dominus Deus: A quatuor ventis veni fpiritus, & infuffla fuper interfectos iftos, & reuiuifcant: Et prophetaui ficut præceperat mihi: & ingreffus eft in ea fpiritus, & vixerũt: fteteruntque fuper pedes fuos exercitus nimis valdè. Et dixit ad me: Fili hominis, offa hæc vniuerfa, domus Ifrael eft: ipfi dicunt; Aruerunt offa noftra, & perijt fpes noftra, & abfciffi fumus. Propterea

reà vaticinare, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulchris veſtris populus meus: & inducam vos in terram Iſrael. Et ſcietis, quia ego Dominus: cùm aperuero ſepulchra veſtra, & eduxero vos de tumulis veſtris popule meus: Et dedero ſpiritum meum in vobis, & vixeritis, & requieſcere vos faciam ſuper humum veſtram: dicit Dominus omnipotens.

Oremus. Flectamus genua.

℟. Leuate.

Oratio.

DEus, qui nos ad celebrandum Paſchale ſacramentum, vtriuſque teſtamenti paginis inſtruis: da nobis intelligere miſericordiam tuam: vt ex perceptione preſentium munerum, firma ſit expectatio futurorum. Per Dominum.

Prophetia octaua. Iſa. 4.

APprehendent ſeptem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: Panem noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur: tantummodò inuocetur nomen tuum ſuper nos, aufer opprobrium noſtrum. In die illa erit ger-

men

men Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ ſublimis, & exultatio his, qui ſaluati fuerint de Iſrael. Et erit: Omnis, qui relictus fuerit in Sion, & reſiduus in Ieruſalem. Si abluerit Dominus ſordes filiorum Sion, & ſanguinem Ieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris. Et creabit Dñs ſuper omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus eſt, nubem per diem, & fumũ & ſplendorem ignis flammantis in nocte: ſuper omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem, & abſconſionem à turbine, & à pluuia.

Tract. Vinea facta eſt dilecto in cornu, in loco vberi. ℣. Et maceriam circumdedit, & circumfodit: & plantauit vineam Sorec, & ędificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim Domini Sabaoth, domus Iſraël eſt.

Oremus.

Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus, qui in omnibus Eccleſiæ tuæ filijs, ſanctorum Prophetarum voce manifeſtaſti, in omni loco dominationis

tuæ,

tuæ, satorem te bonorum seminum, & electorum palmitum esse cultorem: tribue populis tuis, qui & vinearum apud te nomine censentur & segetum: vt, spinarum & tribulorum squalore resecato, digna efficiantur fruge fœcundi. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

Prophetia nona. Exod. 12.

IN diebus illis: Dixit Dominus ad Moysen, & Aaron in Terra Ægypti. Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cętum filiorum Israel, & dicite eis, Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. Sin autem minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum, qui iunctus est domui suæ, iuxta numerum animarum, quæ sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque macula masculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis & hædum. Et seruabitis eum vsque ad quartamdecimam diem mensis huius: immolabitq. eum vniuersa multitudo filio-

rum

rum Iſrael ad veſperam. Et ſument de ſanguine eius, ac ponent ſuper vtrumque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum, in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes cum lactucis agreſtibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed tantùm aſſum igni: caput cum pedibus eius & inteſtinis vorabitis. Nec remanebit quidquam ex eo vſque manè. Si quid reſiduum fuerit, igne comburetis. Sic autem comedetis illum: Renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter: eſt enim Phaſe (ideſt tranſitus) Domini. Oremus.

Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui in omnium operum tuorum diſpenſatione mirabilis es: intelligant redempti tui, non fuiſſe excellentiùs quòd initio factus eſt mundus, quàm quòd in fine ſæculorum Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Qui tecum viuit.

Pro-

Prophetia decima. Ionæ 3.

IN diebus illis, Factum eſt verbum Domini ad Ionam Prophetam ſecundò, dicens: Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnam: & prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te. Et ſurrexit Ionas, & abijt in Niniuen iuxta verbum Domini. Et Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cæpit Ionas introire in ciuitatem itinere diei vnius: & clamauit, & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum, & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue: & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis, & principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quidquam: nec paſcantur, & aquam non bibant. Et operiantur ſaccis homines, & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur vir à via ſua mala, & ab

iniquitate, quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat Deus: & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala: & miſertus eſt populo ſuo, Dominus Deus noſter.

Oremus. Flectamus genua.

℟. Leuate. Oratio.

DEus, qui diuerſitatem Gentium in confeſſione tui nominis adunaſti: da nobis & velle & poſſe quæ præcipis: vt populo ad æternitatem vocato, vna ſit fides mentium, & pietas actionum. Per Dominum noſtrum.

Prophetia vndecima. Deut. 31.

IN diebus illis: Scripſit Moyſes canticum, & docuit filios Iſrael. Præcepitque Dominus Ioſue filio Nun, & ait: Confortare, & eſto robuſtus: tu enim introduces filios Iſrael in terram, quā pollicitus ſum, & ego ero tecum. Poſtquam ergo ſcripſit Moyſes verba legis huius in volumine, atque compleuit: præcepit Leuitis, qui portabant arcam fœderis Domini, dicens: Tollite librum iſtum; & poni-

ponite eum in latere arcæ fæderis Domini Dei vestri : vt sit ibi contra te in testimonium. Ego enim scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuente me, & ingrediente vobiscum, semper contentiosè egistis contra Dominum : quantò magis cùm mortuus fuero? Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atque doctores, & loquar audientibus eis sermones istos, & inuocabo contra eos cælum & terram. Noui enim, quod post mortem meã iniquè agetis, & declinabitis citò de via, quam præcepi vobis : & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu Domini, vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. Locutus est ergo Moyses, audiente vniuerso cætu Israel, verba carminis huius, & ad finem vsque compleuit.

Tractus. Attende cælum, & loquar : & audiat terra verba ex ore meo.

℣. Expectetur sicut pluuia eloquium meum: & descendãt sicut ros verba mea.

℣. Sicut imber super gramen, & sicut nix super fænum: quia nomen Domini inuocabo.

cabo. ℣. Date magnitudinem Deo nostro: Deus, vera opera eius, & omnes viæ eius iudicia. ℣. Deus fidelis, in quo non est iniquitas: iustus & sanctus Dominus. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus celsitudo humilium, & fortitudo rectorum: qui per sanctum Moysen puerum tuum, ita erudire populum tuum sacri carminis tui decantatione voluisti, vt illa legis iteratio, fieret etiã nostra directio: excita in omnem iustificatarum Gentium plenitudinem potentiam tuam, & da lætitiam mitigando terrorem: vt omnium peccatis tua remissione deletis, quod denunciatum est in vltionem, transeat in salutem. Per Dñm.

Prophetia duodecima. Dan. 3.

IN diebus illis: Nabuchodonosor rex fecit statuam auream altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex, & statuit eam in campo Dura prouinciæ Babylonis. Itaque Nabuchodonosor rex misit ad congregandos satrapas, magistratus, & iudices, duces, & tyrannos, & præfectos, omnesque principes

pes regionum, vt conuenirent ad dedicationem ſtatuæ, quam erexerat Nabuchodonoſor rex. Tunc congregati ſunt ſatrapæ, magiſtratus, & iudices, duces, & tyranni, & optimates, qui erant in poteſtatibus conſtituti, & vniuerſi principes regionum vt conuenirent ad dedicationem ſtatuæ, quam erexerat Nabuchodonoſor rex: & præco clamabat valenter: Vobis dicitur populis, tribubus, & linguis: In hora, qua audieritis ſonitum tubæ, & fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ, & pſalterij, & Symphoniæ, & vniuerſi generis muſicorum, cadentes adorate ſtatuam auream, quam conſtituit Nabuchodonoſor rex. Si quis autem non proſtratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Poſt hæc igitur ſtatim vt audierunt omnes populi ſonitum tubæ, fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ, & pſalterij, & ſymphoniæ & omnis generis muſicorum: cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerunt ſtatuam auream, quam conſtituerat Nabuchodonoſor rex. Satimque in ipſo

tempore accedentes viri Chaldæi accusauerunt Iudæos: dixeruntque Nabuchodonosor regi: Rex in æternum viue: tu rex posuisti decretum, vt omnis homo, qui audierit sonitum tubæ, fistulæ, citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, prosternat se, & adoret statuam auream; si quis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago: viri isti contempserunt, rex, decretum tuum: deos tuos non colunt, & statuam auream, quam erexisti, non adorant. Tunc Nabuchodonosor in furore, & ira præcepit, vt adducerentur Sidrach, Misach, & Abdenago: qui confestim adducti sunt in conspectu regis. Pronunciansque Nabuchodonosor rex ait eis: Verenè Sidrach, Misach, & Abdenago deos meos non colitis, & statuam auream, quam constitui, non adoratis? Nunc ergo si estis parati, quacumque hora audieritis sonitum tubæ, fistulæ, citharæ

ræ, ſambucæ, & pſalterij, & ſymphoniæ, omniſque generis muſicorum, proſternite vos, & adórate ſtatuam, quam feci: quòd ſi non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis eſt Deus, qui eripiet vos de manu mea? Reſpondentes Sidrach, Miſach, & Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonoſor: Non oportet nos de hac re reſpondere tibi: Ecce enim Deus noſter, quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ò rex, liberare. Quòd ſi noluerit, notum ſit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, & ſtatuam auream, quam erexiſti, non adoramus. Tunc Nabuchodonoſor repletus eſt furore: & aſpectus faciei illius immutatus eſt ſuper Sidrach, Miſach, & Abdenago, & præcepit, vt ſuccenderetur fornax ſeptuplum quàm ſuccendi conſueuerat. Et viris fortiſſimis de exercitu ſuo iuſſit, vt ligatis pedibus Sidrach, Miſach, & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et confeſtim viri illi vincti cum braccis ſuis, & tiaris, & calceamentis, &

vestibus missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. Nam iussio regis vrgebat: fornax autem succensa erat nimis. Porrò viros illos, qui miserant Sidrach, Misach, & Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres, id est Sidrach, Misach, & Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati. Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Domino.

Quì non si dice, Flectamus genua, *per detestare l'atto superbo di Nabuchodonosor, il quale essendo il più altiero Rè, che mai si trouasse, hauendo fatto vna statua di oro, ordinò sotto pena della vita, che tutte le genti al suo dominio sottoposte, prostrati à terra l'adorassero; il che i tre fanciulli (de' quali si è fatta mentione in quest'vltima Profetia) non vollero farlo: onde furono buttati nella fornace, e miracolosamente Dio liberolli.*

Hic non dicitur, Flectamus genua. sed tantùm. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, spes vnica mundi, qui Prophetarum tuorum præconio, præsentium temporum declamasti mysteria: auge populi tui vo-

ta

ta placatus: quia in nullo fidelium, niſi ex tua inſpiratione, proueniunt quarumlibet incrementa virtutum. Per Dominum noſtrum.

FInito le Profezie, ſi viene alla benedittione del Fonte Batteſimale; e prima ſi dice l'infraſcritto Tratto in perſona de' Catechumeni, nel quale ſi moſtra il deſiderio loro di venire all'acqua del ſanto Batteſimo.

His expletis, ſi Eccleſia habuerit fontem Baptiſmalem, Sacerdos benedicturus fontem, accipit pluuiale violaceum, & præcedente Cruce, cum candelabris, & Cereo benedicto accenſo, deſcendit cum Clero & miniſtris paratis ad fontem: & interim cantatur ſequẽs Tractus.

Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te, Deus. ℣. Sitiuit anima mea ad Deum viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? ℣. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi per ſingulos dies: vbi eſt Deus tuus?

Deinde Sacerdos antequã intret ad benedictionem fontis, dicit hanc Orationem

iuxta fontem. ℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, respice propitius ad deuotionem populi renascentis, qui sicut ceruus, aquarum tuarum expetit fontem: & concede propitius: vt fidei ipsius sitis, baptismatis mysterio animam corpusque sanctificet. Per Dominum. ℟. Amen.

Posteà procedit ad benedictionem fontis, dicens ℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, adesto magnæ pietatis tuæ mysterijs, adesto sacramentis: & ad recreandos nouos populos, quos tibi fons baptismatis parturit, Spiritum adoptionis emitte: vt quod nostræ humilitatis gerendum est ministerio, virtutis tuæ impleatur effectu Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuũ. Qui tecũ viuit & regnat in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus.

Eleuans vocem in modum Præfationis prosequitur.

PEr omnia sæcula sæculorum.
℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo ℣. Sursum corda.
℟. Habemus ad Dominum.
℣. Gratias agamus Domino Deo nostro.
℟. Dignum & iustum est. Verè dignum & iustum est, æquum & salutare, nos tibi semper, & vbique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui inuisibili potentia, Sacramentorum tuorum mirabiliter operaris effectum: Et licèt nos tantis mysterijs exequendis simus indigni: tu tamen gratiæ tuæ dona non deserens, etiam ad nostras preces, aures tuæ pietatis inclinas. Deus, cuius Spiritus super aquas, inter ipsa mundi primordia ferebatur: vt iam tunc virtutem sanctificationis, aquarum natura conciperet, Deus, qui nocentis mundi crimina per aquas abluens, regenerationis speciem in ipsa diluuij effusione signasti: vt vnius eiusdemque elementi mysterio, & finis esset vitijs, & origo virtutibus. Respice Domine in faciē Ecclesiæ tuæ, & multiplica in ea regenerationes

tuas, qui gratiæ tuæ affluentis impetu lætificas ciuitatem tuam: fontemque baptismatis aperis toto orbe terrarum Gentibus innouandis: vt tuæ maiestatis imperio, sumat Vnigeniti tui gratiam de Spiritu sancto.

D*iuide quì l'acqua il Sacerdote in forma di Croce, perche noi intendesimo, che dalla Passione, & morte del nostro Redentore riceue la sua forza, e virtù il Battesimo. Prega doppo lo Spirito Santo, che fecondi detta acqua, e scacci da quella ogni immondo spirito, che vi fosse.*

Hic Sacerdos manu extensa diuidit aquam in modum crucis, & eam statim linteo extergit, dicens.

Qui hanc aquam regenerandis hominibus præparatam arcana sui numinis admixtione fecundet: vt sanctificatione concepta, ab immaculato diuini fontis vtero, in nouam renata creaturam, progenies cælestis emergat: Et quos aut sexus in corpore, aut ætas discernit in tempore, omnes in vnam pariat gratia mater infantiam. Procul ergo hinc, iubente te Domine, omnis spiritus immundus

dus abſcedat: procul tota nequitia diabolicæ fraudis abſiſtat. Nihil hic loci habeat contrariæ virtutis admixtio: non inſidiando circumuolet: non latendo ſubrepat: non inficiendo corrumpat.

Perche la mano del Sacerdote è neceſſaria anco nel Batteſimo per diſcacciare i demoni, quindi è, che l'acqua da lui qui ſi tocca, acciò il demonio da quella diſcacciato, non poſſa più ritornarui.

Aquam manu tangit.

Sit hæc ſancta & innocens creatura, libera ab omni impugnatoris incurſu, & totius nequitiæ purgata diſceſſu. Sit fons viuus, aquæ regenerans, vnda purificans: vt omnes hoc lauacro ſalutifero diluendi, operante in eis Spiritu Sancto, perfectæ purgationis indulgentiam conſequantur.

Forma quì il Sacerdote con la mano tre Croci ſopra l'acqua, acciò ſia benedetta dalla Trinità per virtù della ſanta Croce.

Facit tres cruces ſupra fontem, dicens:

Vnde benedico te creatura aquæ, per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum,

per Deum ✠ sanctum: per Deum, qui te in principio, verbo separauit ab arida: cuius Spiritus super te ferebatur.

Diuide qui il Saerdote l'acqua con la mano, e la sparge verso le quattro parti del Mondo, per dimostrare, che non vi è luogo, doue peruenir non debba il Santo Battesimo.

Hic manu aquam diuidit, & effundit eã versus quatuor mundi partes, dicens.

Qui te de paradisi fonte manare fecit, & in quatuor fluminibus totam terram rigare præcepit. Qui te in deserto amaram, suauitate indita fecit esse potabilem, & sitienti populo de petra produxit. Be ✠ nedico te & per Iesum Christum Filium eius vnicum Dominum nostrum: qui te in Cana Galileæ signo admirabili, sua potentia conuertit in vinum. Qui pedibus super te ambulauit: & à Ioanne in Iordane in te baptizatus est. Qui te vnà cum sanguine de latere suo produxit: & discipulis suis iussit, vt credentes baptizarentur in te, dicens: Ite, docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Mutasi

MVtasi la voce in tuono più basso, per dimostrare l'humiltà, che si deue hauere, quando à Dio si chiede alcuna gratia.

Mutat vocem, & prosequitur in tono Lectionis.

Hæc nobis præcepta seruantibus, tu Deus omnipotens, clemens adesto: tu benignus adspira.

Halat ter in aquam in modum crucis, dicens.

Tu has simplices aquas tuo ore benedicito: vt præter naturalem emundationem, quam lauandis possunt adhibere corporibus, sint etiam purificandis mentibus efficaces.

VIen posto, & alzato tre volte dal Sacerdote il Cereo nell'acqua, profondamente, più profondamente, e profondissimamente, acciò lo Spirito Santo con la pienezza della sua gratia riempi il fonte, si come qualhora discese in forma di Colomba nel battesimo di Christo adombrato in questo Cereo immerso nell'acqua.

Mà l'alzamento dell'istesso Cereo significa l'effetto del battesimo, il quale conferisce la gratia, che solleua l'huomo dal peccato alla gloria,

La

La cagione poi per la quale deponendo il Cereo nell'acqua, alza la voce, è per accennare il desiderio, che tiene della santificatione di quell'acque.

Hìc Sacerdos paululùm demittit Cereum in aquam: & resumens tonum Præfationis, dicit.

Descendat in hanc plenitudinem fontis, virtus Spiritus Sancti.

Deinde extractum Cereum de aqua, iterùm profundiùs mergit, aliquantò altiùs repetens. Descendat in hanc.

Posteà Cereum rursus de aqua extractum, tertiò immergens vsque ad fundum, altiori adhuc voce repetit.

Descendat. vt suprà.

Soffia il Sacerdote nell'acqua per scacciare da quella il demonio con ignominia, e vituperio: e per dimostrare di quante poche forze egli sia, che con un lieue soffio si può da l'acque discacciare.

Tre volte poi soffia, per significare, che in virtù della Santissima Trinità il battesimo hà forza di rimettere i peccati, e conferire la gratia.

Et deinde sufflans ter in aquam, secundum

dum hanc figuram Ψ prosequitur.

Totamque huius aquæ ſubſtantiam, regenerandi fecundet effectu.

Hic tollitur Cereus de aqua, & proſequitur.

Hic omnium peccatorum maculæ deleantur: hic natura ad imaginem tuā condita, & ad honorem ſui reformata principij, cunctis vetuſtatis ſqualoribus emūdetur: vt omnis homo Sacramentū hoc regenerationis ingreſſus, in veræ innocentiæ nouam infantiam renaſcatur.

Sequentia dicit legendo.

Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum: qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſęculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde per aſſiſtentes Sacerdotes ſpargitur de ipſa aqua benedicta ſuper populum. Et interim vnus ex miniſtris Eccleſiæ accipit in vaſe aliquo de eadem aqua, ad aſpergendum in domibus, & alijs locis.

L'Olio de' Catechumeni, che infonde hora il Sacerdote nell'acqua, ſignifica la gran miſericordia del Signore verſo noi, hauendo

volsuto patire tanti tormenti, fin'anco morire in vn tronco di Croce per saluarci.

His peractis, Sacerdos qui benedicit fontem, infundit de oleo Catechumenorum in aquam in modum crucis, intelligibili voce dicens: Sanctificetur, & fecundetur fons iste oleo salutis renascentibus ex eo, in vitam æternam.

℟. Amen.

SI come per l'Olio Santo vien significata l'humanità di Christo; cioè per l'olio della Cresima, c'hora infonde il Sacerdote nell'acqua, significa la diuina sua natura, la quale insieme con l'humanità concorse alla nostra redentione.

Deinde infundit de Chrismate, modo quo suprà, dicens. Infusio Chrismatis Domini nostri Iesu Christi, & Spiritus sancti paracliti, fiat in nomine sanctæ Trinitatis. ℟. Amen.

L'Vnione, che quì fà il Sacerdote delli detti Oli con l'acqua, dimostra l'vnione di Christo per mezzo del battesimo con i popoli: perche il nome di Christo s'interpreta vnto dall' Olio, e l'acqua significano i popoli; Aquæ multæ, populi multi.

Po-

Posteà accipit ambas ampullas dicti olei sancti, & Chrismatis, & de vtroque simul in modum crucis infundendo dicit.

Commixtio chrismatis sanctificationis & olei vnctionis, & aquæ baptismatis, pariter fiat, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti. ℞. Amen.

Tunc miscet ipsum oleum cum aqua, & spargit manu sua per omnem fontem. Si aderunt baptizandi, eos baptizet more consueto. Deinde reuertentibus Sacerdote & ministris ad Altare, cantantur Litaniæ à duobus clericis, & Chorus idem simul repetit, vt dicitur infrà. Vbi verò non est fons Baptismalis, finita vltima Prophetia cum sua Oratione, Celebrans casulam deponit, & cum ministris ante Altare procumbit: & alijs omnibus genuflexis, cantantur Litaniæ in medio Chori à duobus cantoribus, vtroque Choro idem simul respondente. Cùm autem peruentum fuerit ad ℣. Peccatores, te rogamus. Sacerdos & ministri surgunt, & accedentes ad Sacristiam, induuntur paramentis albi

 colo-

coloris pro Missa solemniter celebranda: & interim accenduntur luminaria in Altari.

In fine Litaniarum cantantur solemniter Kyrie eleison, & repetuntur, vt in Missa moris est.

Douendo noi trattare il misterio della Santa Resurrettione di Christo, per esser egli di grandissimo valore, e conoscendoci di poche forze per poter ciò degnamente fare, quindi è, che inuochiamo i Santi acciò impetrino à noi tal gratia da Dio nostro Signore.

Kyrie eleison.
Christe eleison. Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cælis Deus, miserere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, miserere nobis.
Sancta Maria, Ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, ora pro nobis.
Sancta Virgo virginum, ora.
Sancte Michael, ora.

San-

Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphael, ora.
Omnes sancti Angeli, & Archangeli, orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines, orate pro nobis.
Sancte Ioannes Baptista, ora.
Omnes sancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Ioannes, ora.
Omnes sancti Apostoli & Euangelistæ, orate pro nobis.
Omnes sancti Discipuli Domini, orate pro nobis.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Omnes sancti Martyres, orate.
Sancte Siluester, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Augustine, ora.
Omnes sancti Pontifices & Confessores, orate pro nobis.

Omnes ſancti Doctores, orate.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Sacerdotes, & Leuitæ, orate pro nobis.
Omnes ſancti Monachi & Eremitæ, orate pro nobis.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Anaſtaſia, ora.
Omnes ſanctæ virgines & viduæ, orate pro nobis.
Omnes ſancti & Sanctæ Dei, intercedite pro nobis.
Propitius eſto, parce nobis Domine.
Propitius eſto, exaudi nos Domine.
Ab omni malo, libera nos Domine.
Ab omni peccato, libera.
A morte perpetua, libera.
Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ, Libera.
Per aduentum tuum, libera.

Per natiuitatem tuam, libera.

Per baptismum & sanctum ieiunium tuum, libera.

Per crucem & passionem tuam, libera.

Per mortem & sepulturam tuam, libera nos Domine.

Per sanctam resurrectionem tuam, libera nos Domine.

Per admirabilem ascensionem tuam, libera nos Domine.

Per aduentum Spiritus sancti Paracliti, libera nos Domine.

In die Iudicij, libera nos Domine.

Peccatores, te rogamus audi nos.

Vt nobis parcas, te rog.

Vt Ecclesiam tuam sanctam regere & conseruare digneris, te rog.

Vt Domnum Apostolicum, & omnes Ecclesiasticos ordines in sancta religione conseruare digneris, te rog.

Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, te rog.

Vt regibus & principibus Christianis pacem & veram concordiam donare digneris, te rog.

Vt nosmetipsos in tuo sancto seruitio

confortare & conseruare digneris, te rogamus audi nos.
Vt omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rog.
Vt fructus terræ dare & conseruare digneris, te rog.
Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus audi nos.
Vt nos exaudire dignetis, te rog.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Hic cantores solemniter incipiunt, Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. & ter singula repetuntur.
Interim Sacerdos cum ministris in paramentis albis accedit ad Altare, & dicto Psalmo, Iudica me Deus, cum Gloria Patri, facit Confessionem, vt moris est, in loco consueto, deinde ascendens oscu-
latur

latur Altare, incensat more solito, & finito à Choro, Kyrie eleison. incipit solemniter, Gloria in excelsis. & pulsantur campanæ.

Già habbiamo detto, che questo giorno non hà Vfficio proprio, e perciò anco la Messa non è sua propria, ma della notte seguente, e da' Padri antichi soleua chiamarsi Messa de' Catechumeni, come che à loro quasi tutti questi misterij s'appartenessero.

Cantasi dunque la Messa senza l'Introito, perche quello, ilquale è Capo, e principio nostro, giace ancora nel Sepolcro: e se bene molto à buon'hora se ne era egli la mattina di Pasqua gloriosamente resuscitato, gli Apostoli nondimeno di ciò non erano consapeuoli.

Si canta il Gloria in excelsis Deo, *per annunciare la gloria a' Catechumeni nel battesimo regenerati.*

Si suonano le campane in segno di allegrezza per la prossima Resurrettione del Signore.

Posteà Sacerdos dicit: Dominus vobiscũ.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DEus, qui hanc sacratissimam noctem gloria Dominicæ resurrectionis illu-

illuſtras: conſerua in noua familiæ tuæ progenie adoptionis ſpiritum, quem dediſti: vt corpore & mente renouati: puram tibi exhibeant ſeruitutem. Per eumdem Dominum noſtrum. in vnitate eiuſdem Spiritus.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Coloſſenſes. Cap. 3.

FRatres: Si conſurrexiſtis cum Chriſto: quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis, & vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. Cùm Chriſtus apparuerit, vita veſtra: tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.

Finita Epiſtola Celebrans incipit. Allel. Et totum dicantar ter, eleuando vocem gradatim: & Chorus poſt quamlibet vicem, in eodem tono repetit illud idem. Poſteà Chorus proſequitur, ℣. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniã in ſæculum miſericordia eius.

Deinde dicitur Tractus. Laudate Dominum omnes Gentes: & collaudate eum omnes populi.

℣.

℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius : & veritas Domini manet in æternum.

Non si portano al Vangelo i lumi, perche le Donne credendo, che Christo fosse solamente huomo mortale, e non insieme Dio, andarono al monumento senza il lume della fede.

Portasi sì bene l'incenso, perche, come scriue l'Euangelista, le sudette Donne portarono gli aromati per vngere il corpo santissimo di Christo.

Ad Euangelium non portantur luminaria, sed tantùm incensum : petitur benedictio, & alia fiunt de more.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum. Cap. 28.

VEspere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrum. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cælo : & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum : erat autem aspectus eius sicut fulgur : & vestimentũ eius sicut nix. Præ timore autẽ eius exter-

riti

riti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens autem Angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos: scio enim, quòd Iesum, qui crucifixus est, quæritis, non est hic: surrexit enim, sicut dixit. Venite, & videte locum, vbi positus erat Dominus. Et citò euntes, dicite discipulis eius, quia surrexit: & ecce præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis. Ecce prædixi vobis.

Non si dice il Credo, *per dinotare, che gli Apostoli per ancora non erano certi della Resurrettione di Christo.*

Nè meno l'Offertorio si dice, per significare, che le Donne con silentio andauano con gli aromati al sepolchro per vngere il Signore.

Non dicitur, Credo. sed finito Euangelio Sacerdos dicit: Dominus vobiscum. Posteà, Oremus. Non dicitur Offertorium. Ad Lauabo, dicitur, Gloria Patri.

Præfatio, Te quidem Domine omni tẽpore, sed in hac potissimum nocte, &c.

Non si dà il bacio della pace, perche il benedetto Christo non haueua ancora detto à gli Apostoli, Pax vobis.

Si tace l'Agnus Dei, perche non era ancora creduto Redentore dell'anime, per toglier via i peccati del Mondo. Si tralascia la Postcommunione, & in vece si dice il Vespro; tutto pieno di giubilo, di allegrezza, esaltando, & ingrandendo la misericordia di Dio: e dicesi congiunta con la Messa, per dimostrare il Sabbato dell'eterno riposo (ilquale è per questo Sabbato inteso) non ha mai sera, ma sempre giorno chiaro, e risplendente.

Dicitur, Pax Domini sit semper vobiscū. sed pacis osculum non datur, Agnus Dei, non dicitur, nec Postcommunio: dicuntur tamen tres consuetæ Orationes ante Communionem.

Post sumptionem Sacramenti, pro Vesperis in Choro cantatur Antiph. Alleluia, alleluia, alleluia. & Psalmus, Laudate Dominū omnes Gentes. cum Gloria Patri. in fine, & post repetitur eadem Antiphona. Capitulum, Hymnus, & Versus non dicuntur, sed statim Celebrans in cantu incipit Antiphonam ad Magnificat. Vesperè autem sabbati. Et prosequitur Chorus. quæ lucescit in prima sabbati; venit Maria Magdalene, & alte-

altera Maria videre ſepulchrum, alleluia.

Deinde cantatur, M agnificat, cum Gloria Patri. in fine, & fit incenſatio, vt aliàs in Veſperis.

Repetita Antiphona, Celebrans dicit: Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

SPiritum nobis Domine, tuæ caritatis infunde: vt quos ſacramentis Paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti Deus: Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Deinde dicit: Dominus vobiſcum. Et Diaconus vertens ſe ad populum cantat. Ite Miſſa eſt, alleluia, alleuia.

℟. Deo gratias, alleluia, alleluia.

Et Sacerdos dicto, Placeat tibi ſancta Trinitas. dat benedictionem more ſolito.

Ad Complet. Iube domne. Lect. breu. Fratres, Sobrij eſtote. ℣. Adiutorium noſtrum. Pater noſter. & facta Confeſſione, & Abſolutione, dicitur ℣. Deus in adiutorium. Gloria Patri. &liùs

non

non dicitur Laus tibi Domine, Rex æternæ glorię. ſed eius loco deinceps dicitur, Alleluia.

Deinde ſine Antiphona dicuntur Pſalmi conſueti. Capitulum, & Hymnus non dicuntur.

Ad Nunc dimittis, Antiphona. Veſperæ autem ſabbati, vt ſuprà in Veſperis. Oratio. ℣ iſita, quæſumus Domine.

In fine Antiphona, Regina cæli. vt in Pſalt. Et non flectuntur genua toto tempore Paſchali.

DOMINICA RESVRRECTIONIS.

Statio ad S. Mariam Maiorem.

Introitus.

RESurrexi, & adhuc tecum ſum, alleluia: poſuiſti ſuper me manum tuā, alleluia: mirabilis facta eſt ſcientia tua, alleluia, alleluia.

Pſalmus. Domine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam.

℣. Gloria Patri.

Oratio.

DEus, qui hodierna die per Vnigenitum tuum, æternitatis nobis aditum deuicta morte reſeraſti: vota noſtra, quæ præueniendo aſpiras, etiam adiuuando proſequere. Per eumdem.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios. 1. Cor. 5.

FRatres, expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim Paſcha noſtrum immolatus

tus est Christus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ: sed in azymis sinceritatis, & veritatis.

Graduale. Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.

℣. Confitemini Domino, quoniã bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. Alleluia, alleluia.

℣. Pascha nostrum immolatus est Christus. Sequentia.

Victimæ Paschali laudes immolent Christiani. Agnus redemit oues: Christus innocens Patri reconciliauit peccatores. Mors & vita, conflixere mirando: dux vitæ, mortuus regnat viuus. Dic nobis Maria, quid vidisti in via? Sepulchrum Christi viuentis: & gloriam vidi resurgentis. Angelicos testes, sudarium & vestes. Surrexit Christus spes mea: præcedet vos in Galilæam. Scimus Christum resurrexisse à mortuis verè: tu nobis victor Rex miserere, Amen. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Marcum. Cap. 16.

IN illo tempore: Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Et valdè manè vna sabbatorum, veniunt ad monumentum, orto iam sole. Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippè magnus valdè. Et introeuntes in monumentum viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerunt. Qui dixit illis: Nolite expauescere: Iesum quæritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hìc, ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro, quia præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. Credo. Offertorium. Terra tremuit, & quieuit, dum resurgeret in iudicio Deus, alleluia. Præfatio. Te quidem Domine omni tempore, sed in hoc potissimum die. Communio.

Pascha nostrum immolatus est Christus, alle-

alleluia: itaque epulemur in azymis sinceritatis & veritatis, alleluia, alleluia, alleluia. Postcommunio.

SPiritum nobis, Domine, tuæ caritatis infunde: vt quos sacramentis Paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per Dominum. in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus.

Post Dominus vobiscum, dicitur, Ite Missa est, alleluia, alleluia.

℟. Deo gratias, alleluia, alleluia.

AD VESPERAS.

Pater noster. Aue Maria.

℣. Deus in adiutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, &c. Alleluia.

Antiphona. Angelus autem Domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum, alleluia, alleluia. Psalmus 109.

DIxit Dominus Domino meo: * Sede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: * dominare in medio inimicorum

rum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: * ex vtero ante luciferum genui te.
Iurauit Dominus, & non pœnitebit eũ: * Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.
Dominus à dextris tuis, * confregit in die iræ suæ reges.
Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: * conquassabit capita in terra multorum.
De torrente in via bibet: * proptereà exaltabit caput. Gloria Patri, &c.
Antiphona Angelus autẽ Domini descẽdit de cælo, & accedẽs reuoluit lapidem, & sedebat super eum, alleluia, alleluia.
Antiphona. Et ecce terræmotus factus est magnus: Angelus enim Domini descendit de cælo, alleluia. Psalmus 110.
Confitebor tibi Domine in toto corde meo: * in consilio iustorum, & congregatione.
Magna opera Domini: * exquisita in omnes voluntates eius.
Confessio & magnificentia opus eius: *

& iustitia eius manet in sæculum sæculi.
Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors & miserator Dominus :* escã dedit timentibus se.
Memor erit in sæculum testamenti sui:* virtutem operum suorum annunciabit populo suo :
Vt det illis hereditatem Gentium:*opera manuum eius veritas, & iudicium.
Fidelia omnia mandata eius: confirmata in sæculum sæculi* facta in veritate & æquitate.
Redemptionem misit populo suo,*mandauit in æternum testamentum suum.
Sanctum, & terribile nomen eius: * initium sapientiæ timor Domini.
Intellectus bonus omnibus facientibus eum :* laudatio eius manet in sæculum sæculi. Gloria Patri, &c.
Antiphona. Et ecce terræmotus factus est magnus : Angelus enim Domini descendit de cælo, alleluia.
Antiphona. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, vestimenta autem eius sicut nix, alleluia, alleluia. Psalmus 111.

BEatus vir, qui timet Dominum: * in mandatis eius volet nimis.

Potens in terra erit ſemen eius: * generatio rectorum benedicetur.

Gloria, & diuitiæ in domo eius: * & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

Exortum eſt in tenebris lumen rectis: * miſericors, & miſerator, & iuſtus.

Iucundus homo, qui miſeretur & cõmodat, diſponet ſermones ſuos in iudicio: * quia in æternum non commouebitur.

In memoria æterna erit iuſtus: * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor eius ſperare in Domino, confirmatum eſt cor eius: * non commouebitur, donec deſpiciat inimicos ſuos.

Diſperſit, dedit pauperibus; iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi, * cornu eius exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet: * deſiderium peccatorum peribit. Gloria Patri.

Antiphona. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, veſtimenta autem eius ſicut nix, alleluia, alleluia. Aña. Præ timore autem eius exterriti ſũt cuſtodes, & facti

ſunt velut mortui, alleluia. Pſalmus 112.

LAudate pueri Dominum: * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

A ſolis ortu vſque ad occaſum, * laudabile nomen Domini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dominus, * & ſuper cælos gloria eius.

Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, * & humilia reſpicit in cælo & in terra?

Suſcitans à terra inopem, * & de ſtercore erigens pauperem.

Vt collocet eum cum principibus, * cum principibus populi ſui.

Qui habitare facit ſterilẽ in domo, * matrem filiorum lætantẽ. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Prę timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui, alleluia. Antiphona. Reſpondens autem Angelus, dixit mulieribus: Nolite timere: ſcio enim quòd Ieſum quæritis, alleluia. Pſalmus 113.

IN exitu Iſrael de Ægypto, * domus Iacob de populo barbaro.

Facta est Iudæa sanctificatio eius, * Israel potestas eius.
Mare vidit, & fugit: * Iordanis conuersus est retrorsum.
Montes exultauerunt vt arietes: * & colles sicut agni ouium.
Quid est tibi mare quod fugisti: * & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum.
Montes exultastis sicut arietes, * & colles sicut agni ouium.
A facie Domini mota est terra, * à facie Dei Iacob.
Qui conuertit petram in stagna aquarum, * & rupem in fontes aquarum.
Non nobis Domine, non nobis: * sed nomini tuo da gloriam.
Super misericordia tua, & veritate tua: * nequando dicant Gentes: Vbi est Deus eorum?
Deus autem noster in cælo: * omnia quæcumque voluit fecit.
Simulacra gentium argẽtum, & aurum, * opera manuum hominum.
Os habent, & non loquentur: * oculos habent, & non videbunt.
Aures habent & non audient: * nares habent

habent & non odorabunt.

Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: * non clamabunt in gutture ſuo.

Similes illis fiant qui faciunt ea:* & omnes, qui confidunt in eis.

Domus Iſrael ſperauit in Domino: * adiutor eorum & protector eorum eſt.

Domus Aaron ſperauit in Domino: * adiutor eorum & protector eorum eſt.

Qui timent Dominum ſperauerunt in Domino: * adiutor eorum, & protector eorum eſt

Dominus memor fuit noſtri, * & benedixit nobis.

Benedixit domui Iſrael: * benedixit domui Aaron.

Benedixit omnibus, qui timent Dominum,* puſillis cum maioribus.

Adijciat Dominus ſuper vos: * ſuper vos, & ſuper filios veſtros.

Benedicti vos à Domino, * qui fecit cælum, & terram.

Cælum cæli Domino: * terram autem dedit filijs hominum.

Non mortui laudabunt te Domine: * neque

neque omnes, qui descendunt in infernum.
Sed nos, qui viuimus, benedicimus Domino, * ex hoc nunc & vsque in sæculum. Gloria Patri, &c.
Antiphona. Respondens autem Angelus, dixit mulieribus: Nolite timere, scio enim quòd Iesum quæritis, alleluia.
Capitulum, Hymnus, & ℣. non dicuntur, sed eorum loco Antiphona. Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.
Ad Magnificat, Antiphona.
Et respicientes viderunt reuolutum lapidem: erat quippè magnus valdè, allel.
Canticum B. Mariæ Virg. Luc. 1.
Magnificat * anima mea Dominum.
Et exultauit spiritus meus * in Deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna qui potens est: * & sanctum nomen eius.
Et misericordia eius à progenie in progenies

genies *timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo:*dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede, * & exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bonis: * & diuites dimisit inanes.
Suscepit Israel puerum suum, * recordatus misericordiæ suæ.
Sicut locutus est ad patres nostros: * Abraham, & semini eius in sæcula.
Gloria Patri, &c.
Antiphona. Et respicientes viderunt reuolutum lapidem: erat quippè magnus valdè, alleluia. Oratio.
DEus, qui hodierna die per Vnigenitum tuum æternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti: vota nostra, quæ præueniendo aspiras, etiam adiuuando prosequere. Per eumdem Dominum nostrum. ℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Benedicamus Domino, alleluia, alleluia.
℟. Deo gratias, alleluia, alleluia.
℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei, requiescant in pace. ℟. Amen.
FE-

FERIA SECVNDA.

Statio ad sanctum Petrum.

Introitus.

INtroduxit vos Dominus in terram fluentem lac & mel, alleluia : & vt lex Domini semper sit in ore vestro, alleluia, alleluia. Psalmus. Confitemini Domino, & inuocate nomen eius : annunciate inter Gentes opera eius.

℣. Gloria Patri.

Oratio.

DEus, qui solemnitate Paschali, mundo remedia contulisti : populum tuum, quæsumus, cælesti dono prosequere : vt & perfectam libertatem consequi mereatur, & ad vitam proficiat sempiternam. Per Dominum.

Lectio Actuum Apostolorum. Cap. 10.

IN diebus illis : Stans Petrus in medio plebis, dixit : Viri fratres, vos scitis quod factum est verbum per vniuersam Iudæam : incipiens enim à Galilæa post baptismum, quod prædicauit Ioannes, Iesum à Nazareth : quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto, & virtute,

qui

qui pertransijt bene faciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium, quæ fecit in regione Iudæorum, & Ierusalem, quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo: nobis, qui manducauimus, & bibimus cum illo postquàm resurrexit à mortuis. Et præcepit nobis prædicare populo & testificari quia ipse est, qui constitutus est à Deo iudex viuorum, & mortuorum. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum.

Graduale. Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.

℣. Dicat nunc Israel, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

Alleluia, alleluia.

℣. Angelus Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum.

Sequentia. Victimæ Paschali. cum Alleluia. in fine, vt suprà in Dominica Paschæ. fol. 352.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam. Cap. 24.

IN illo tempore: Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus. Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus, quæ acciderant. Et factum est, dum fabularentur, & secum quærerent: & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis: oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir Propheta, potens in opere, & sermone coram Deo, & omni populo: Et quomodo eum tradiderunt summi Sacerdotes, & principes nostri in damnatio-

nationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſrael: & nunc ſuper hæc omnia, tertia dies eſt hodie quòd hæc facta ſunt. Sed & mulieres quædam ex noſtris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius venerunt, dicentes ſe etiam viſionem Angelorum vidiſſe, qui dicunt eum viuere: Et abierunt quidam ex noſtris ad monumentum: & ita inuenerunt, ſicut mulieres dixerunt, ipſum verò non inuenerunt. Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt Prophetæ! Nonnè hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? Et incipiens à Moyſe & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipſo erant. Et appropinquauerunt caſtello, quò ibant: & ipſe ſe finxit longiùs ire. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiſcum, quoniam aduesperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum eſt, dum recum-

cumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt adinuicem: Nonnè cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos, qui cum illis erant, dicentes: Quòd surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

Credo. Offertorium.

Angelus Domini descendit de cęlo, & dixit mulieribus: Quem quæritis, surrexit sicut dixit, alleluia. Communio. Surrexit Dominus, & apparuit Petro, alleluia.

Postcommunio.

SPiritum nobis Domine, tuæ caritatis infunde: vt quos sacramentis Paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per Dominum nostrum, in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus: Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

FERIA TERTIA.

Statio ad sanctum Paulum. Introitus.

AQua sapientiæ potauit eos, alleluia: firmabitur in illis, & non flectetur, alleluia: & exaltabit eos in æternum, alleluia, alleluia. Psalmus.

Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius.

℣. Gloria Patri. Oratio.

DEus, qui Ecclesiam tuam nouo semper fætu multiplicas: concede famulis tuis: vt Sacramentum viuendo teneant, quod fide perceperunt. Per Dominum.

Lectio Actuum Apostolorum. Cap. 13.

IN diebus illis: Surgens Paulus & manu silentium indicens, ait: Viri fratres, filij generis Abraham, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitabant Ierusalē, & principes eius ignorantes Iesum, & voces Prophetarum, quæ per omne sabbatum leguntur iudicantes impleuerunt, & nullam causam mortis inuenientes in eo, petierunt à Pilato, vt interficerent

eum.

eum. Cùmque consummassent omnia, quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento. Deus verò suscitauit eum à mortuis tertia die: qui visus est per dies multos his, qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Ierusalem: qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est: quoniam hanc Deus adimpleuit filijs nostris, resuscitans Iesum Christum Dominum nostrum.

Graduale. Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.

℣. Dicant nunc, qui redempti sunt à Domino: quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregauit eos. Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit Dominus de sepulchro, qui pro nobis pependit in ligno.

Sequentia. Victimæ Paschali. vt suprà in Dominicá Paschæ. fol. 352.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam. Cap. 24.

IN illo tempore: Stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dicit eis: Pax

vobis : ego ſum , noli te timere . Conturbati verò , & conterriti , exiſtimabant ſe ſpiritum videre . Et dixit eis : Quid turbati eſtis , & cogitationes aſcendunt in corda veſtra ? Videte manus meas , & pedes , quia ego ipſe ſum: palpate , & videte quia ſpiritus carnem , & oſſa non habet , ſicut me videtis habere . Et cùm hoc dixiſſet , oſtendit eis manus , & pedes . Adhuc autem illis non credentibus , & mirantibus præ gaudio , dixit : Habetis hic aliquid,quod manducetur ? At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi , & fauum mellis . Et cùm manducaſſet coram eis , ſumens reliquias , dedit eis . Et dixit ad eos : Hæc ſunt verba , quæ locutus ſum ad vos , cùm adhuc eſſem vobiſcum,quoniam neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi , & Prophetis , & Pſalmis de me . Tunc aperuit illis ſenſum , vt intelligerent Scripturas . Et dixit eis . Quoniam ſic ſcriptum eſt , & ſic oportebat Chriſtum pati , & reſurgere à mortuis tertia die : & prędicari in nomine eius pœnitentiam , & remiſſionem peccatorum in omnes gentes. Credo .

Offertorium. Intonuit de cælo Dominus & altissimus dedit vocem suam: & apparuerunt fontes aquarum, alleluia.

Communio. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, alleluia: quæ sursum sunt sapite, alleluia.

Postcommunio.

Concede quęsumus omnipotens Deus: vt Paschalis perceptio Sacramenti, continua in nostris mentibus perseueret. Per Dominum.

PP Eremitarũ Camaldulensium.

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES,

Cum Litanijs dicuntur flexis genibus.
Antiphona. Ne reminiſcaris.

Pſalmus 6.

DOmine, ne in furore tuo arguas me,* neque in ira tua corripias me.
Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: * ſana me Domine quoniam conturbata ſunt oſſa mea.
Et anima mea turbata eſt valdè: * ſed tu Domine vſquequò?
Conuertere Domine, & eripe animam meam: * ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.
Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: * in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: * lacrymis meis ſtratum meum rigabo.
Turbatus eſt à furore oculus meus: * inueteraui inter omnes inimicos meos.

D iscedite à me omnes qui operamini iniquitatem: * quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.
E xaudiuit Dominus deprecationem meam, * Dominus orationem meam suscepit.
Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: * conuertantur & erubescant valdè velociter.
Gloria Patri. Psalmus 31.
BEati, quorum remissę sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata.
B eatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum, * nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, * dum clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: * conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.
D elictum meum cognitum tibi feci: * & iniustitiam meam non abscondi.
Dixi: Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domine: & tu remisisti impietatem peccati mei.
P ro hac orabit ad te omnis sanctus, * in tempore opportuno.

Verumtamen in diluuio aquarum multarum, * ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione, quę circumdedit me:* exultatio mea erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris:* firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus, * quibus non est intellectus.

In camo & fræno maxillas eorum constringe,* qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris : * sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Lætamini in Domino, & exultate iusti,* & gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri. Psalmus 37.

DOmine ne in furore tuo arguas me,* neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi : * & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ : * non est pax ossibus meis à facie

pec-

peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: * & sicut onus graue grauatæ sunt super me.
Putruerunt, & corruptę sunt cicatrices meæ, * à facie insipientiæ meæ.
Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem: * tota die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: * & non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.
Domine, ante te omne desiderium meum: * & gemitus meus à te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: * & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.
Amici mei, & proximi mei * aduersum me appropinquauerunt, & steterunt.
Et qui iuxta me erant, de longè steterunt: * & vim faciebant qui quærebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi, locuti

sunt

ſunt vanitates : * & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tamquàm ſurdus non audiebam : * & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non audiens: * & non habens in ore ſuo redargutiones.

Quoniam in te Domine ſperaui : * tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi: Ne quando ſupergaudeant mihi inimici mei : * & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.

Quoniam ego in flagella paratus ſum : * & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quoniam iniquitatem meam annunciabo : * & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vìuunt, & confirmati ſunt ſuper me : * & multiplicati ſunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi : quoniam ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine De9 meus: * ne diſceſſeris à me.

Intende in adiutorium meum, * Domine Deus salutis meæ.
Gloria Patri. Psalmus 50.

MIserere mei Deus, * secundùm magnam misericordiam tuam.
Et secundùm multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.
Ampliùs laua me ab iniquitate mea: * & à peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper.
Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: * vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * & in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.
Asperges me hyssopo, & mundabor: * lauabis me & super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium & lętitiam: * & exultabunt ossa humiliata.
Auerte faciem tuam à peccatis meis: *
&

& omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me Deus: * & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.
Ne proijcias me à facie tua: * & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.
Redde mihi lętitiam ſalutaris tui: * & ſpiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: * & impij ad te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: * & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.
Domine, labia mea aperies: * & os meum annunciabit laudem tuam.
Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtique: * holocauſtis non delectaberis.
Sacrificium Deo, ſpiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.
Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: * vt ædificentur muri Ieruſalem.
Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta: * tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Gloria Patri, & Filio.

Psalmus 101.

DOmine exaudi orationem meam : * & clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam à me: * in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die inuocauero te : * velociter exaudi me.

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei : * & oſſa mea ſicut cremium aruerunt

Percuſſus ſum vt fænum, & aruit cor meum : * quia oblitus ſum comedere panem meum.

A voce gemitus mei * adhæſit os meum carni meæ.

Similis factus ſum pellicano ſolitudinis : * factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.

Vigilaui, * & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei : * & qui laudabant me aduerſum me iurabant.

Quia cinerem tamquàm panem manducabam, * & potum meum cum fletu miſce-

ſcebam.

A facie iræ & indignationis tuæ: *quia eleuans alliſiſti me.

Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: * & ego ſicut fænum arui.

Tu autem Domine in ęternum permanes: * & memoriale tuum in generationem & generationem.

Tu exurgens miſereberis Sion: * quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius: * & terræ eius miſerebuntur.

Et timebunt Gentes nomen tuum Domine, * & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificauit Dominus Sion: * & videbitur in gloria ſua.

Reſpexit in orationem humilium: * & non ſpreuit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera: * & populus, qui creabitur, laudabit Dominum:

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: * Dominus de cælo in terram aſpexit:

Vt audiret gemitus compeditorum: * vt ſolueret filios interemptorum:

Vt

V tannuncient in Sion nomen Domini: * & laudem eius in Ieruſalem.
I n conueniendo populos in vnum: * & reges vt ſeruiant Domino.
R eſpondit ei in via virtutis ſuæ: * paucitatem dierum meorum nuncia mihi.
N e reuoces me in dimidio dierum meorum: * in generationem & generationem anni tui.
I nitio tu Domine terram fundaſti: * & opera manuum tuarum ſunt cęli.
I pſi peribunt, tu autem permanes: * & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.
E t ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: * tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.
F ilij ſeruorum tuorum habitabunt: * & ſemen eorum in ſæculum dirigetur.
G loria Patri. Pſalmus 129.

D Eprofundis clamaui ad te Domine: * Domine exaudi vocem meam.
F iant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meæ.
S i iniquitates obſeruaueris Domine: * Domine quis ſuſtinebit?
Q uia apud te propitiatio eſt: * & propter

pter legem tuam ſuſtinui te Domine.
S uſtinuit anima mea in verbo eius:* ſperauit anima mea in Domino.
A cuſtodia matutina vſque ad noctem:* ſperet Iſrael in Domino.
Quia apud Dominum miſericordia: * & copioſa apud eum redemptio.
E t ipſe redimet Iſrael,* ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria Patri. Pſalmus 142.
DOmine exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua:*exaudi me in tua iuſtitia.
Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: * quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.
Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: * humiliauit in terra vitam meam.
Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi: * & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.
Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: * in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te : * anima mea sicut terra sine aqua tibi .
Velociter exaudi me Domine : * defecit spiritus meus .
Non auertas faciem tuam à me : * & similis ero descendentibus in lacum .
Auditam fac mihi manè misericordiam tuam : * quia in te speraui .
Notam fac mihi viam, in qua ambulem : * quia ad te leuaui animam meam .
Eripe me de inimicis meis Domine , ad te confugi : * doce me facere voluntatem tuam , quia Deus meus es tu .
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : * propter nomen tuum Domine viuificabis me, in æquitate tua .
Educes de tribulatione animam meam : * & in misericordia tua disperdes inimicos meos .
Et perdes omnes , qui tribulant animam meam : * quoniam ego seruus tuus sum .
Gloria Patri , & Filio .
Antiphona. Ne reminiscaris Domine , delicta nostra vel parentum nostrorum , neque vindictam sumas de peccatis nostris .

LITANIÆ.

Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cælis Deus, miserere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, miserere nobis.
Sancta Maria, Ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, ora pro nobis.
Sancta Virgo virginum, ora.
Sancte Michael, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphael, ora.
Omnes sancti Angeli, & Archangeli, orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines. orate pro nobis.
Sancte Ioannes Baptista, ora.
Omnes sancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate pro nobis.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.

Sancte Andrea, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Ioannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe. ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thadæe, ora.
Sancte Mathia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce. ora.
Omnes sancti Apostoli, & Euangelistæ, orate pro nobis.
Omnes sancti Discipuli Domini, orate pro nobis.
Omnes sancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancti Fabiane & Sebastiane, orate.
Sancti Ioannes, & Paule, orate.
Sancti Cosma & Damiane, orate.
Sancti Geruasi & Protasi, orate.

Omnes ſancti Martyres, orate.
Sancte Siluester, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambroſi, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Omnes ſancti Pontifices & Confeſſores, orate pro nobis.
Omnes ſancti Doctores, orate.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Sacerdotes, & Leuitę, orate pro nobis.
Omnes ſancti Monachi & Eremitę, orate pro nobis.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Catharina, ora.

Sancta Anastasia, ora.
Omnes sanctæ virgines & viduæ, orate.
Omnes sancti & Sanctæ Dei, intercedite pro nobis.
Propitius esto, parce nobis Domine.
Propitius esto, exaudi nos Domine.
Ab omni malo, libera nos Domine.
Ab omni peccato, libera.
Ab ira tua, libera nos Domine.
A subitanea & improuisa morte, libera nos Domine.
Ab insidijs diaboli, libera.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, libera.
A spiritu fornicationis, libera.
A fulgure & tempestate, libera.
A morte perpetua. libera.
Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ, libera nos Domine.
Per aduentum tuum, libera.
Per natiuitatem tuam. libera.
Per baptismum & sanctum ieiunium tuum, libera.
Per crucem & passionem tuam, libera.
Per mortem & sepulturam tuam, libera.
Per sanctam resurrectionem tuam, libera.

Per admirabilem ascensionem tuam, libera nos Domine.
Per aduentum Spiritus sancti Paracliti, libera nos Domine.
In die Iudicij, libera nos Domine.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt nobis parcas, Te rogamus.
Vt nobis indulgeas. Te rogamus.
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, Te rogamus.
Vt Ecclesiam tuam sanctam regere & conseruare digneris, Te rogamus,
Vt Domnum Apostolicum, & omnes Ecclesiasticos ordines in sancta religione conseruare digneris, Te rogamus audi nos.
Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, Te rogamus.
Vt regibus & principibus Christianis pacem & veram concordiam donare digneris, Te rogamus.
Vt cuncto populo Christiano pacem & vnitatem largiri digneris, Te rogamus.
Vt nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare & conseruare digneris, Te rogamus audi nos.

Vt mentes noſtras ad cæleſtia deſideria erigas, Te rogamus.

Vt omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas, Te rogamus.

Vt animas noſtras, fratrum, propinquorum, & benefactorum noſtrorum ab æterna damnatione eripias, Te rogamus audi nos.

Vt fructus terræ dare & conſeruare digneris. Te rogamus.

Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, Te rogamus.

Vt nos exaudire digneris, Te rogamus.

Fili Dei, Te rogamus.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis.

Chriſte audi nos.

Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon. Pater noſter. ſecretò.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo. Pſalmus 69.

DEus in adiutorium meum intende: * Domine ad adiuuandum me festina.
Confundantur, & reuereantur, * qui quærunt animam meam:
Auertantur retrorsum, & erubescant, * qui volunt mihi mala:
Auertantur statim erubescentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.
Exultent & lætentur in te omnes, qui quærunt te, * & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.
Ego verò egenus, & pauper sum: * Deus adiuua me.
Adiutor meus & liberator meus es tu: * Domine ne moreris.
Gloria Patri. Sicut erat.
℣. Saluos fac seruos tuos.
℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Domine non secundùm peccata nostra facias nobis. ℟. Neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Oremus pro

Pontifice nostro N. ℟. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius. ℣. Oremus pro benefactoribus nostris. ℟. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam, Amen. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Pro fratribus nostris absentibus. ℟. Saluos fac seruos tuos, Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis Domine auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eos. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus. Oratio.

DEus, cui proprium est misereri semper & parcere: suscipe deprecationem nostram: vt nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat.

EXaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, & confitentium tibi par-

parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

INeffabilem nobis Domine, misericordiam tuam clementer ostende: vt simul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, auerte.

OMnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro N. & dirige eum secundùm tuam clementiam in viam salutis æternæ: vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

DEus, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

VRe igne sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum, Domine: vt tibi

tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.

FIdelium Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur.

ACtiones nostras, quęsumus Domine, aspirando præueni, & adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cæpta finiatur.

OMnipotens sempiterne Deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementià, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Iesum &c.

℟. Exaudiat nos omnipotens & miseri-

cors

cors Dominus. ℟. Amen.

℣. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

Planctus beatæ Mariæ Virginis.

STabat mater dolorosa
Iuxta Crucem lacrymosa,
Dum pendebat filius.
Cuius animam gementem,
Contristantem, & dolentem
Pertransiuit gladius.
O quàm tristis, & afflicta
Fuit illa benedicta
Mater vnigeniti?
Quæ mœrebat & dolebat,
Et tremebat cùm videbat
Nati pœnas incliti,
Quis est homo, qui non fleret,
Christi matrem si videret
In tanto supplicio?
Quis non posset contristari,
Piam matrem contemplari
Dolentem cum filio?
Pro peccatis suæ gentis,
Vidit Iesum in tormentis,
Et flagellis subditum.
Vidit suum dulcem natum.

Mo-

Morientem desolatum,
Dum emisit spiritum.
Eia mater, fons amoris,
Me sentire vim doloris
Fac, vt tecum lugeam.
Fac, vt ardeat cor meum,
In amando Christum Deum,
Vt sibi complaceam.
Sancta mater istud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo validè.
Tui nati, vulnerati,
Tam dignati pro me pati
Pœnas mecum diuide.
Fac me verè tecum flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero.
Iuxta crucem tecum stare,
Te libenter sociare
In planctu desidero.
Virgo virginum præclara,
Mihi iam non sis amara,
Fac me tecum plangere.
Fac, vt portem Christi mortem,
Passionis fac consortem,
Et plagas recolere.

Fac me plagis vulnerari,
Cruce hac inebriari,
Ob amorem filij.
Inflammatus, & accensus,
Per te virgo sim defensus
In die iudicij.
Fac me cruce custodiri,
Morte Christi præmuniri,
Confoueri gratia.
Quando corpus morietur,
Fac, vt animæ donetur
Paradisi gloria. Amen.

℣. Tuam ipsius animam doloris gladius pertransiuit.
℟. Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Oratio.

INteruediat pro nobis, quæsumus Domine Iesu Christe, nunc, & in hora mortis nostræ apud tuam clementiam beata Virgo Maria mater tua, cuius sacratissimam animam in hora tuæ passionis doloris gladius pertransiuit. Per te Iesu Christe Saluator mundi. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO PRÆPARATORIA ad Confessionem Sacramentalem.

CONditor cæli, & terræ, Rex regum, & Dominus dominantium, qui me de nihilo fecisti ad imaginem, & similitudinem tuam, & me tuo proprio sanguine redemisti: quem ego peccator non sum dignus nominare, nec inuocare, nec corde cogitare: Te suppliciter deprecor, & humiliter exoro, vt clementer respicias me seruum tuum nequam. Et miserere mei, qui misertus fuisti mulieri Chananææ, & Mariæ Magdalenæ: qui pepercisti Publicano, & latroni in cruce pendenti. Tibi confiteor, Pater pijssime, peccata mea: quæ si volo abscondere, non possum tibi Domine. Parce mihi Christe, quem ego nuper multum offendi cogitando, loquendo, operando, & in omnibus modis, in quibus ego fragilis homo & peccator peccare potui, mea culpa, mea culpa mea maxima culpa. Ideò Domine pre-

precor tuam clementiam, qui de cælo pro mea ſalute deſcendiſti, qui Dauid à à peccati lapſu erexiſti, parce mihi Domine, parce mihi Chriſte, qui Petro te neganti pepercisti. Tu es creator meus. & redemptor meus, Dominus meus, & Saluator meus, Rex meus, & Deus meus. Tu es ſpes mea, & fiducia mea, gubernatio mea, & auxiliatio mea, conſolatio mea, & fortitudo mea, defenſio mea, & liberatio mea, vita mea, ſalus mea, & reſurrectio mea, lumen meum, & deſiderium meum, adiutorium meum, & patrocinium meum. Te deprecor & rogo adiuua me, & ſaluus ero: guberna me, & defende me: conforta me, & conſolare me: confirma me, & lætifica me: illumina me, & viſita me. Suſcita me mortuum, quia factura, & opus tuum ſum. Domine, ne deſpicias me, quia famulus, & ſeruus tuus ſum, quamuis malus, quamuis indignus & peccator: ſed qualiſcumque ſim, ſiue bonus, ſiue malus, ſemper tuus ſum. Ad quem ego fugiam, niſi ad te vadam? Si tu me eijcis, quis me reci-

piet? Si tu me despicis, quis me aspiciet? Recognosce me ergo indignum ad te refugientem, quamuis sim vilis & immundus: quia si vilis & immundus sum, potes me mundare: si cæcus sum, potes me illuminare: si infirmus sum, potes me sanare: si mortuus & sepultus sum, potes me resuscitare: quia maior est misericordia tua, quàm iniquitas mea: maior est pietas tua, quàm impietas mea: plus potes dimittere, quàm ego committere: & plus parcere, quàm ego peccator peccare. Non ergo despicias me Domine, neque attendas multitudinẽ iniquitatum mearum: sed secundùm multitudinem miserationum tuarum miserere mei, & propitius esto mihi maximo peccatori. Dic animæ meæ: Salus tua ego sum. Qui dixisti; Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat: conuerte me Domine ad te, & noli irasci contra me. Deprecor te, clementissime Pater, propter misericordiam tuam supplico & exoro, vt perducas me ad bonum finem, & ad veram pœnitentiam, puram confessionem, & di-

& dignam satisfactionem omnium peccatorum meorum. Amen.

Oratio ante Confessionem Sacramentalem.

SVscipe confessionem meam, pijssime ac clementissime Domine Iesu Christe; vnica spes salutis animæ meæ: & da mihi obsecro contritionem cordis, & lacrymas oculis meis, vt defleam diebus ac noctibus omnes negligentias meas cum humilitate, & puritate cordis. Appropinquet oratio mea in conspectu tuo Domine. Si iratus fueris contra me, quem adiutorem quæram? Quis miserebitur iniquitatibus meis? Memento mei Domine, qui Chananæam & Publicanum vocasti ad pœnitentiam, & Petrum lacrymantem suscepisti. Domine Deus meus suscipe preces meas. Saluator mundi Iesu bone, qui te crucis morti dedisti, vt peccatores saluos faceres; respice me miserum peccatorem inuocantem nomen tuum: & noli sic attendere malum meum, vt obliuiscaris bonum tuum. Et si commisi vnde me damnare potes, tu non amisisti

vnde saluare soles. Parce ergo mihi, qui es Saluator meus, & miserere peccatrici animæ meæ. Solue vincula eius, sana vulnera. Domine Iesu, te desidero, te quæro, te volo, ostende mihi faciem tuam & saluus ero. Emitte igitur, pijssime Domine, meritis purissimæ & immaculatæ semper virginis genitricis tuæ Mariæ, & Sanctorum tuorum, lucem tuam & veritatem tuam in animam meam, quæ omnes defectus meos in veritate mihi ostendat, quos confiteri me oportet: atque iuuet, & doceat ipsos plenè & contrito corde explicare. Qui viuis, &c.

Oratio post Confessionem.

SIt tibi, Domine, obsecro, meritis beatæ semper virginis genitricis tuæ Mariæ, & omnium Sanctorum grata & accepta ista confessio mea: & quidquid mihi defuit nunc, & aliàs de sufficientia contritionis, de puritate & integritate confessionis, suppleat pietas & misericordia tua: & secundùm illam digneris me habere pleniùs, & perfectiùs absolutum in cælo. Qui viuis, &c.

Oratio ante sanctam Communionem.

AD mensam dulcissimi conuiuij tui, pie Domine Iesu Christe, ego peccator de proprijs meritis nihil præsumens, sed de tua confidens misericordia, & bonitate, accedere vereor, & contremisco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum: mentem & linguam non cautè custoditam. Ergo; ò pia deitas, ò tremenda maiestas, ego miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordiæ recurro: ad te festino sanandus: sub tuam protectionem fugio: & quem iudicem sustinere nequeo, Saluatorem habere suspiro. Tibi, Domine, plagas meas ostendo: tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa, & magna, pro quibus timeo: Spero misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice in me oculis misericordiæ tuæ, Domine Iesu Christe, Rex æterne, Deus, & homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te: miserere mei pleni miserijs & peccatis; tu qui fontem

miserationis numquam manare cessabis. Salue salutaris victima, pro me, & omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salue nobilis & pretiose sanguis, de vulneribus crucifixi Domini mei Iesu Christi profluens, & peccata totius mundi abluens. Recordare Domine, creaturæ tuæ, quam tuo sanguine redemisti. Pœnitet me peccasse: cupio emendare quod feci. Aufer ergo à me, clementissime Pater, omnes iniquitates, & peccata mea; vt purificatus mente, & corpore, dignè degustare merear sancta sanctorum: & concede, vt sancta prælibatio corporis, & sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, bonorumque sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animæ quoque & corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

Alia Oratio S. Thomæ Aquinatis ante Communionem.

OMnipotens ſempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramentum vnigeniti Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Accedo tamquam infirmus, ad medicum vitæ: immundus, ad fontem miſericordiæ: cœcus, ad lumen claritatis æternæ: pauper & egenus, ad Dominum cæli & terræ. Rogo ergo immenſæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem: lauare fœditatem: illuminare cœcitatem: ditare paupertatem: veſtire nuditatem: vt te panem Angelorum, Regem regum, & Dominum dominantium, tanta ſuſcipiam reuerentia, & humilitate, tanta contritione & deuotione, tanta puritate & fide, tali propoſito & intentione, ſicut expedit ſaluti animæ meæ. Da mihi, quæſo, Dominici corporis & ſanguinis non ſolùm ſuſcipere Sacramentum, ſed etiam rem, & virtutem Sacramenti. O mitiſſime Deus, da mihi corpus vnigeniti Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod traxit de virgine

Maria, sic suscipere: vt corpori suo mystico merear incorporari, & inter eius membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, reuelata tandem facie perpetuò contemplari. Qui tecum viuit, & regnat, &c.

Oratio S. Thomæ Aquinatis post Communionem.

GRatias tibi ago, Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorem indignum famulum tuum nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ satiare dignatus es pretioso corpore & sanguine Filij tui Domini nostri Iesu Christi. Et deprecor te, vt hæc sancta Communio non sit mihi reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & scutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio: concupiscentiæ & libidinis exterminatio: caritatis & patientiæ, humilitatis & obedientiæ augmentatio: contra insidias inimicorum omnium, tam visibi-

visibilium, quàm inuisibilium firma defensio: motuum meorum, tam carnalium, quàm spiritualium perfecta quietatio: in te vno ac vero Deo firma adhesio: atque mei finis felix consummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorem perducere digneris, vbi tu cum Filio tuo, & Spiritu sancto, Sanctis tuis es lux vera: satietas plena: gaudium sempiternum: iucunditas consummata, & felicitas perfecta. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Alia Oratio sancti Bonauenturæ post Communionem.

Transfige, dulcissime Domine Iesu, medullas & viscera animæ meæ suauissimo, ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera, serenaque & apostolica sanctissima caritate: vt langueat & liquefiat anima mea solo semper amore, & desiderio tui: te concupiscat, & deficiat in atria tua, cupiat dissolui, & esse tecum. Da, vt anima mea te esuriat panem Angelorum, refectionem animarum sanctarum, panem nostrum quotidianum

num superſubſtantialem, habentem omnem dulcedinem & ſaporem, & omne delectamentum ſuauitatis: te, in quem deſiderant Angeli proſpicere, ſemper eſuriat, & comedat cor meum, & dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animæ meæ: te ſemper ſitiat fontem vitæ, fontem ſapientiæ, & ſcientiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis vbertatem domus Dei; te ſemper ambiat, te quærat, te inueniat, ad te tendat, ad te perueniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in laudem & gloriam nominis tui cum humilitate, & diſcretione, cum dilectione, & delectatione, cum facilitate, & affectu, cum perſeuerantia vſque in finem: & tu ſis ſolus ſemper ſpes mea, tota fiducia mea, diuitiæ meæ, delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies & tranquillitas mea, pax mea, ſuauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, ſapientia mea, portio mea, poſſeſſio mea & theſaurus meus: in quo fixa, & firma, & immo-

immobiliter semper sit radicata mens mea & cor meum. Amen.

Alia Oratio post Communionem.

INeffabilem misericordiam tuam, Domine Iesu Christe, humiliter exoro, vt hoc sacramentum corporis, & sanguinis tui, quod indignus suscepi, sit mihi purgatio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra mundi pericula firmamentum, sit impetratio veniæ, sit stabilimentum gratiæ, sit medicina vitæ, sit memoria tuæ passionis, sit contra debilitatem fomentum, sit viaticum meæ peregrinationis. Euntem me conducat, errantem me reducat, reuertentem me suscipiat, titubantem me teneat, cadentem me erigat, & perseuerantem me in gloriam introducat. O altissime Deus, beatissima præsentia corporis & sanguinis tui sic immutet palatum cordis mei, vt præter te nullam vnquam sentiat dulcedinem, nullam amet pulchritudinem, nullum quærat illicitum amorem, nullam desideret

consolationem, nullam admittat vnquam delectationem, nullum curet honorem, nullam timeat crudelitatem: Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

FINIS.

TABVLA.

LAVS DEO.

REGESTVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc.

Omnes sunt quaterniones.

LAVS DEO.

VENETIIS, APVD IVNTAS.

M. DC. XLVIII.

Respons. in Parasceue.

℟ Recessit Pastor Noster fol. 269

℟ Ecce quomodo moritur fol. 271.

℟ Sepulto Dño. fol. 277.